




Google


Google



QUID DE GRAECIS VETERUM
INDORUM MONUMENTA
TRADIDERINT

LÉVI


STANFORD·VNIVERSITY·LIBRARY

QUID

DE GRÆCIS
VETERUM INDORUM
MONUMENTA TRADIDERINT

THESIM FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI

PROPONEBAT

SYLVAIN LÉVI



PARIS
ÉMILE BOUILLON, ÉDITEUR
67, RUE RICHELIEU, 67


M DCCC XC

IN MEMORIAM

DILECTISSIMI AMICI

JUSTIN CAHEN

1862-1883



CHALON-SUR-SAONE
IMPRIMERIE FRANÇAISE ET ORIENTALE DE L. MARCEAU.

I — DE YAVANIS

QUID DE YAVANIS DOCTI SENSERINT

Quæ de situ, gentibus et moribus Indiæ Græci Latinique scriptores tradiderunt, multi jam dudum collecta interpretes tractaverunt [1]. Apud Indos vero nulla de Græcis exstitisse documenta fere credas : hæc enim nemo ex Indicis operibus unquam universa excerpsit, sive negligentia, sive desperati laboris tœdio [2]. Ipso de nomine Græcorum docti inter se non consentiunt. Id modo constat, Græcos nomine *Yavana* comprehendi; quæ fuerit autem propria et principalis vocabuli vis, ambigitur. Vir inter Indos doctissimus Râjendralâl Mitra libellum nuper scripsit de Yavanis [3], asserens 1° Yavanas primum esse dictas regionem et gentem, ultra Kandahar ad occidentem sitas : Arabiam, Persidem, Mediam, vel potius Assyriam; 2° deinde idem nomen universis illis populis inditum ; 3° paulatim ad gentes brahmanicæ disciplinæ expertes translatum, Arabes, Græcos Asiaticos et Ægyptios ; 4° probabile etiam esse, idem nomen adhibitum, ut Indo-

1) Cf. in primis LASSEN, Indische Alterthumskunde, II², 626-752, *Geschichte des Griechischen Wissens von Indien ;* III, 87-458, *Geschichte des Grieschisch-Rœmischen Wissens von Indien.*

2) Memorandus tamen maxima cum laude A. WEBERI libellus : *Die Verbindungen Indiens mit den Lândern im Westen* (1853) iterum ed. in Indische Skizzen, 1857, p. 71-124. Nostræ ille disquisitioni viam aperuit; qua enim inveniendi copia in ceteris indicarum litterarum partibus usus est, eamdem ibi quoque exhibuit. Quæ tanto ingenio debemus, hic gratos fateri juvat.

3) On the supposed identity of the Greeks with the Yavanas of Sanskrit writers, *Journ. As. Soc. Beng.*, 1874, 246-279.

Græcos reges significaret; 5° Græcis vero, tanquam ɛ nusquam esse definitum[1]. Neque desunt Mitri sent inter nostros, auctores. Max Müller negat Yavana[2] prium Græcorum nomen unquam fuisse[3]; quem L probat, addens primos Phœnices, aut Arabes, ita n patos[4]. Weber contra Græcorum jura mira scientia et nacia sustinet[5]; Webero confidentior Kern breviter « unam gentem ab Indis Yavanam nomine dictam, n Græcos[6]. »

ETYMOLOGICA DE NOMINE DISQUISITIO

In tanta scriptorum discrepantia, inquirendum ho mum videtur, quibus elementis vocabulum coaluerit. G maticæ Pâṇineæ appendix Gaṇapâṭha docet[7], Yavan radice *yu* (miscere) duci, affixa particula ° ana, (*lyuṭ* qua significatur activa vis. Yavana igitur est « is qui cet » neglectis convictus et connubii legibus. Nostri aliter sentiunt[8], qui gentile Yavanorum nomen ad pri Indo-Europæorum tempora referentes, multarum lingu voces conferunt, sanscritice yuvan, comp. yavîyas, su yaviṣṭha, zendice yava, yavânô, latine juven(is); cons certe verbum in græco sermone deest, nisi forte Ionum

1) James d'Alwis (*Journ. Pâli texts society* 1883, p. 49) af « pauca in Orientis historia argumentis certiora esse, quam Ya Indis ante Buddhum esse cognitos. »

2) Indica nomina non flectimus, quotiescumque nominativo, e traliter accusativo, utimur, communem doctorum gallice, an germanice etc... scribentium morem secuti; ceteris autem in ca veram verborum declinationem latine, ut ita dicam, traduximus.

3) *Ancient Sansk. lit.* 521.

4) *Ind. Alt.* I2, 861.

5) V. *Ind. Skizz.*; *Ind. Streif.*; *Ind. Stud.*, ceteraque Weberi o passim.

6) *Bṛhat-Saṃhitâ*, Intr. 32.

7) *Ad Pâṇin.* III, 1, 134. — Non secus R. Mitra, 253 n. : Yaut çrayati vâ miçrîbhavati sarvatra jâtibhedâbhavât, iti Yavanaḥ.

8) LASSEN, *Ind. Alt.* I, 725. — Cf. WEBER, *Kuhn Zeitschrift*, v

quum nomen producatur; reddito enim obsoleto digamma, legitur ἰαϝον-, quæ forma cum Yavano mire congruere videtur. Animadvertendum tamen, Indo-Europæum *y* initio verbi positum græcæ litteræ ζ, aut aspero spiritui, et non ι, respondere. Præterea desunt in antiquissimis operibus testimonia de nomine : hinc enim Homerus Iones nusquam laudat (unus enim ille versus Il. N, 685 in quo commemorantur tanquam spurius ab omnibus excluditur); illinc Vedicæ Indorum litteræ de Yavanis silent. Omittenda igitur, ut quæ careat omni argumento, opinio, gentem Indo-Europææ ætatis Yavanam nomine vel cognomine esse dictam, unde Iones apud Græcos, Yavani apud Indos suam originem duxissent.

Omissa igitur etymologica disquisitione, unde nihil auxilii suppeditatur, jam ipsa documenta colligamus et conferamus, quæ de Yavanis Indi reliquerunt. Res quidem habet maximam difficultatem, quum Indorum memoria tempora et ætates minime curet, imo etiam misceat; quo maximus quisque scriptor sæculo vixerit aut ambigitur, aut omnino latet. Inscripta igitur monumenta primum explorabimus, utpote quæ suum tempus præ se ferant.

TESTIMONIA EX INSCRIPTIONIBUS

Vetustissimæ, quantum compertum est, inscriptiones editæ sunt ab Açoko rege; qui circa 270 a. Ch. regnum adeptus, et Buddhicæ religionis studiosissimus, curavit ut in omnibus imperii sui partibus pia præcepta ad usum populi saxis inscriberentur. In edicto XIII circa 258 a. Ch. inscripto, rex profitetur « se multum gaudere, quod multas gentes ad optimam religionem converterit, sive intra fines imperii, sive finitimas : quas inter finitimas gentes, Aṃtiyokum, Yonorum[1] regem, et sub septentrionibus ultra Aṃtiyokum illum, reges

1) Yona nomen pracritice idem quod Yavana sanscritice scribitur.

quatuor : Turâmayum, Aṃtikinem, Makum, Alika
rum..... apud Yonos et Kambojos..... usquequaque ho
pia regis præcepta sequi [1]. » In edicto V Yavani et Ka
iterum conjuncti memorantur additis Gandhâris : «
inquit, curatores religionis institui, qui fideles om
sectarum inspiciunt, ut religio confirmetur, ut religio cr
ut felices sint qui credunt ; illi curæ habent apud Yav
Gandhâros..... ceterasque gentes finitimas, res mili
brâhmaṇorum, divitum, pauperum, seniorum, ut pr
et felices sint ». In edicto II idem Aṃtiyoko Yon
Antiochus rex Yonorum laudatur : « Qua patet Aṃti
Yonorum regis, imperium..... rex Piyadasi, Devis ca
mus, duplex remediorum genus vulgavit, quæ homi
prosunt, quæ animalibus ». Inter hæc autem homi
utilia remedia religionem numerabat, quam missis n
extra fines suos proferebat, teste edicto XIII [2]. Neque t
Yoni universi Antiochi imperio parebant ; multi quoq
ipso Açoki regno consederant, quos ille in formam prov
verterat, teste inscriptione Junâgaḍhensi : in qua
Rudradâman, anno LXXX ab initio Kṣatraporum tem
(secundo post Christum sæculo) mentionem facit l
quem Puṣyagupta Candragupti regis levir effoderat, ca
bus postea munierat Tuṣâspa, Açoki Mauryensis Yon
rex [3].

Post Açoki vero tempora, nulla fere mentio Yavanoru
publicis inscriptionibus occurrit. Quum, tria post sæ
nomen iterum reperitur, obsoletum quemdam et quasi
nem sonum reddere videtur. Sâṭakaṇṇi Puḷumâyi Vâ
putra, Andhrabhṛtya domo ortus, gloriatur in inscrip
quod Çakos et Yavanos et Pahlavos destruxerit..... et

1) Sic Kapur di Giri. Khâlsi : Aṃtiyoge, Tulamaye, Aṃt
Mâkâ, Alikasadale. Girnar : Aṃtakâna, Magâ.

2) Cf. SENART, II, 305.

3) Mauryasya râjñaḥ Candragu(ptasya) râṣṭriyeṇa (vai)çyena
paguptena hâritam Açokasya Mauryasya te Yavanarâjena Tuṣâs
dhiṣṭhâya praṇâḷibhir alaṃkṛtam. *Ind. Antiquary*, VII, 260, 8-9.

gentem Khakharâtorum exsciderit, et Çâtavâhaniæ domus nomen ac famam restituerit[1].

Cetera, quæ supersunt inscripta de Yavanis documenta, in templis servata, Yavanorum pietatem testantur. Yavana quidam Irila duas cisternas sumptibus suis effodi jusserat, quæ templo Junnarensi dono dederat[2]; Yavana quidam Ciṭa monachis commune cœnaculum dono dederat[3]; Caṃda Yavana harum ædium frontem sua pecunia fecerat[4]. Quo tempore rupes in templum suffossa fuerit, haud patet; ex structura autem antiquitas cognoscitur. Haud procul ab hoc loco, Nâsik inclutum et pulcherrimum templum præbet, secundo sæculo ante Ch. exeunte ædificatum : ibi « Yavana Îdâgnidata, Dhaṃmadevi filius, septentrionali regione oriundus, Daṃtâmitî urbis incola, cryptam effodi jussit in monte Tiraṃṇhu, atque intus sanctarum reliquiarum ædes (*caitya-gṛha*), instrui ; præterea cisternas tres effodi, pietate erga patrem et matrem ; cryptam, in honorem Buddhorum universorum suffossam, dono dedit universis monachis, una cum filio Dhaṃmarakhito[5]. Denique in inscriptionibus Karleani templi commemoratur nomen Yavani Dheṇukâkaṭâ, Dhaṃma-Yavana, (Yavanus secundum legem) qui templo pilam, cum capite leonibus ornato, dono dedit[6]. Dheṇukâkaṭâ quidam, (utrum idem ille sit an alter, incertum est) in aliis ins-

1) Çaka-Yavana-Pahlava nisudanasa. *Ind. Ant.* x, 225 n.

2) J. Burgess, *Archæol. Survey of western Ind.*, iv; *Junnar*, n° 5 : Yavanasa Irilasa Gatâna deyadhama be podhiyo.

3) Ib. n° 8 : Yavanasa Ciṭasa Gatânaṃ bhojaṇamaṭapo deyadhama saghe.

4) Ib. n° 16 : Yavanasa Caṃdânaṃ deyadhama gabhadhâ(ra).

5) Ib. Nâsik, n° 19 : Sidham Otarâhasa Daṃtâmitiyakasa Yoṇakasa Dhammadevaputasa Îdâgnidatasa dhaṃmâtmanâ ima leṇaṃ pavate Tiraṃṇhumhi khânitaṃ abhaṃtaraṃ ca leṇasa cetiyagharo poṃdhiyo ca mâtâpitaro udisa ima leṇaṃ kâritam savabudhapûjâya câtudiçasa bhikhûsaṃghasa niyâtitaṃ saha puteṇa Dhaṃmarakhiteṇa.

6) Ib. Karle, n° 7 : Dheṇukâkâṭâ Yavanasa sihadhayâna thaṃbo dâna. — n° 10 : Dheṇukâkaṭâ Dhaṃma-Yavanasa.

criptionibus laudatur, benefactorum causa, Usabhadati f
cognomine Mitadevi. (Karli et Kaṇheri[1].)

TESTIMONIA EX SCRIPTIS

Nunc vero ad scripta veniamus : quæ quum sæpissim
incertæ aut prorsus ignotæ ætatis sint, neque hic locu
instaurandæ disquisitionis de scriptorum temporibus, n
riam ex natura scriptorum digeri æquum est, intra sin
autem genera vulgarem operum seriem servari ; testim
tantummodo dividemus, ut ad situm, ad historiam, ad m
ad linguam denique Yavanorum pertinent.

A. — *De situ.*

Epica igitur poemata primum inspiciamus : inter
Mahâ-Bhârata peculiarem quemdam locum obtinet, qu
quod veterrimas partes cum recentioribus misceat. Ya
semel in australibus populis numerantur (II, 1175) : Sahad
dum meridiana in suam ditionem redigit, Andhros, T
vanos, Kaliṅgos, Uṣṭrakarṇikos, et amœnam Âṭavî urb
et Yavanorum urbem armis subigit : quum Andhroru
Kaliṅgorum situs sit notisssimus, scilicet ad inferio
Godâvarîm et Kṛṣṇâm, urbs illa Yavanorum ex itinere Saha
circa Orissum quærenda est. Sæpissime Yavani in obeu
solis partibus collocantur : Nakula subigit Çâkala ur
apud Madros, postea Mlecchos in medio Oceano, et Pahla
et Barbaros, et Kirâtos, Yavanos et Çakos (II, 11
Bhagadatta, Yavanorum princeps, Occidenti, sicut Var
deus, imperat (II, 579). Karṇa quoque per Occidentis re
nes victor iter facit, et tributum indicit Yavanis et Barb
(III, 1524). Præter hos locos, sunt quoque indicia alia u
Yavanorum situs recte conjici possit : alios enim, ut vici
Yavanorum, populos una cum illis Mahâ-Bhârata ref

1) *Inscr.* Karli (Bomb. Br. 1853) n° 11 ; Kaṇheri, n° 7.

quorum situs certior est : Regio sacrificio (râjasûya) præsens Yavanos cum Pallavis (Pahlavis) Daradis, Kirâtis, Çakis Kṛṣṇa conspicit, scilicet cum populis Indiæ finitimis inter septentriones et occidentem. Cum Kambojis et Bâhlikis (III, 12839) et Çakis (III, 15257) numerantur. In exercitu, quem socii reges Yudhiṣṭhiro mittunt, Yavani inter Kambojos et Çakos ordinantur (V, 590); in hostium autem exercitu stant Yavani inter Gandhâros, quibus imperat Çakuni rex, Çakos et Kirâtos et Çibes. In Jambûdvîpo (orbe terrarum cognito) propter Cînos et Kambojos incolere dicuntur (VI, 352. 376). Duryodhana Yavanos ut socios cum Recakis, Trigartis, Madrakis, extremæ Pentapotamiæ septentrionem et orientem versus, numerat (VI, 2097). Dux exercitus Kuruum, Bhîṣma, Yavanos, ut proximos, ad Çakorum et Kirâtorum latera disponit (VI, 573; 3297); conserto prælio Trigarta vir Bṛhadbala, Prasthali rex, a Kambojis et Yavanis cingitur (VI, 3856); Yavani quoque equites una cum Çakis militant (VII, 182). Quum, Bhîṣmo vulnerato, ad Droṇum summa totius belli defertur, ille, Bhîṣmi instar, Kambojos, Çakos, Yavanos congregat (VII, 798). Cum Pâradis, Çakis et Bâhlikis in Arjunum Yavani impetum faciunt (VII, 3379; cf. VII, 4754, 4758; 4818; VIII, 2137, 2807; 3652). Nominibus tandem in uno verbo compositis (Yavana-Kâmboja) Yavani et Kamboji haud semel commemorantur (XII, 3735-7; XIII, 2103).

Râmâyaṇa dictum epos Yavanos una cum Pahlavis, Kâmbojis, Bâhlikis, Daradis enumerat (I, 54, 18 sqq.)[1]. Quum Sugrîva simiorum rex legatos ad occasum solis mittit, qui Sîtâm raptam quærant, locos eis invisendos præcipit Sindhum, Marum, Çûdros, Abhîros et Yavanorum urbes

1) Varias cod. lectiones Weber collegit (*Ueber das Râmâyaṇa*, 22 sqq.); B. (*Berolin. ms.*) I, 55, 19, scribit : Yavanâç ca sa-Kâmbojà Bâhlikà Daradàs tathâ... Pahlavàn... quem versum omnes editores omiserunt; I, 55, 20, Pahlavân... Çakàn Yavanamiçritàn, quibus de nominibus omnes consentiunt; I, 55, 21, eadem nomina repetit : Çakair Yavanamiçritaiḥ.

(IV, 43, 18-24, Gorr.)[1], deinde Pahlavos, Pañca
sive Pentapotamiam, Kâçmîrum, Takṣaçilâm, Çâ
Puṣkalavatîm; denique, septentrionem versus, Gân
Çakos, Oḍros, Pârados, Bâhlikos, Ṛṣîkos (IV, 43, 12
et Kambojos et Yavanos cum Çakis (Bombay ed. IV,
Libri quibus titulus Purâṇa, id est Vetus, insc
quamvis ætate recentiore scripta sint, haud spern
tamen testimonium afferunt, quod illis brâhmaṇi
documenta inseruerunt. In ea vero Viṣṇu-purâṇi part
Bhâratavarṣa (Indorum terra) describitur, Yavanis
dentem versus sedes indicitur (II, 3, 8). Scenicarum
magister Bharata, in Nâṭya-çâstro, Yavanis atque
simul et Pahlavis Barbarisque album colorem, ut ge
Occidentem et septentrionem versus habitantibus, tri
Parâçara, inter Indicos astrologos antiquissimus, Ya
extra Madhyadeçum (Mediam Regionem), ad meridi
occidentem vergentes habitare censet[4]. Varâha-mihira
logus, quo clarissimus Vikramâditya rex utebatur ami
qui obeunte sexto post Christum sæculo decessit,
quoque regionem a Yavanis, et Pahlavis, et Kambo
Sindhusauvîris habitari docet (Bṛh. S. 14, 17). Ya
tamen paulo post inter Eoas gentes, simul cum Na
dârdhis, Çoṇis, Uḍris, Vaṅgis, Suhmis, Kaliṅgis, Bâh
Çakis, Magadhis, Çavaris, Prâgjyotiṣis, Cînis, Kâm
numerat (ib. 16, 1). Idem ille Yavanorum urbem quad
simo quarto a Laṅkâ gradu, occidentem versus, po
auctore Pauliçasiddhânto; cujus quidem urbis longitu

1) Sic cet. ed., excepta Bombay ed.

2) Id.

3) Nâṭya-çâstra, ms. *Deccan College* (P), p. 144ª.

4) Ap. Râj. Mitra, *op. laud.* 278.

5) Pañcasiddhântikâ, ed. Thibaut, *Benares Series*, III, 13. — K
Bṛhat-S. Intr. 54, errat, qui monet Yavanapurum *sexagesimo* a L
gradu, auctore Varâha-mihiro, jacere. Legitur hoc tantum, Pañcasi
XV, 19, apud Yavaneçvarum longitudinem Yavanapuri a primo Ind
meridiano sexagesimo gradu sitam æstimari, quam opinionem n
refert, suam autem non facit. Cf. Thibaut, *J. As. Bengal*, LIII,

tanquam meridiano usus esse Romakasiddhânta liber dicitur[1]. Distinguendus autem Romakapura qui apud omnes astrologos nonagesimo a Lankâ occidentem versus gradu jacere perhibetur[2]. Kâlidâsa tandem, qui ea quoque ætate vixit et apud Vikramâdityum in magno honore fuit, Yavanorum mentionem passim injecit, situmque docuit. Quum, in Raghuvaṃço, Raghuis victorias narrat, subactis ab oriente usque ad meridiem gentibus, regem ad occasum solis pergentem describit ; in his terrarum tractibus Aparântum sui juris facit, deinde Trikûṭum ; postea adversus Pârasîkos pedestri itinere progreditur (IV, 60) [« quamvis brevior sit per mare via; lex autem navibus interdicit » Mallinâtha annotat], Yavanarum superbiæ impatiens.... (61); ab equitibus vero occidentalibus (« scilicet Yavanis » Mallin.) acerrime depugnatum est. (62). Inde ad septentrionem conversus Sindhum amnem nanciscitur.

Hic demum brahmanica documenta deficiunt : nisi forte Mudrârâkṣasum fabulam advocare libeat, in qua bis incidit Yavanorum mentio, inter Candragupti adversus Nandum socios), et inter ejusdem hostes (p. 207); utroque de loco multi disseruerunt[3] (p. 86), sed frustra ; poeta enim, annalium admodum ignarus, materiam a fabularum, neque ab historiarum scriptoribus mutuatur, et nomina gentium ex ordine vulgato repetit. Qua quoque consuetudine uti solent ceteri post Vikramâdityi ætatem auctores ; majore artis quam scientiæ cura, optimorum poetarum exempla, neque rerum naturam, ut imitentur laborant.

Nunc adeo aliena brâhmaṇis documenta inspiciamus. In buddhico opere, palice scripto, cui titulus Milinda-paṇho inscribitur, Yavani regis Milindi patriam Kalasi urbem in regione Alasadda sitam ducenta millia (yojana) a Sagala (Çâkala, in Pentapotamia) et duodecim millia a Kâçmîro

1) Ib. I, 8.
2) Ib. XV, 25.
3) Cf. ed. Telang (*Bombay S. Series*), XXVIII, sqq.

distare traditur[1]. Alasadda, aut Alasanda, dicitur in M
vaṃso urbs Yavanorum, vel potius Yonorum, quæ p
forma est[2]. Yavani haud semel una cum Çakis in Mili
paṇho referuntur : « Sive apud Çakos et Yavanos (S
Yavane), sive apud Cînos et Vilâtos, sive in Alasando,
in Nikumbo, sive apud Kâçî-Koçalos, aut in Kâçmîro
in Gandhâro » (p. 327 sq.). « Çaki et Yavani et Cî
Vilâti (Saka-Yavana-Cîna-Vilâtâ), Ujjenaki, Bhârukacc
Kâçi-Koçali et Aparântaki, Mâgadhaki, Sâketaki, Soraṭṭ
Pâtheyyaki, Koṭumbari et Mâdhuraki, Alasandi, et Kâç
et Gandhâri etc... » (p. 331) in qua enumeratione Yava
Alasandis dicernuntur.

Singhalici scriptores, teste viro doctissimo Spence Ha
Yavanorum regionem juxta Narmadâm amnem ja
censent[3].

Jainici libri sæpissime Yavanos (Javaṇos, Joṇos) i
barbaras gentes (Milikkhos aut Mlecchos) referunt, si
cum Kirâtis, Çavaris, Barbaris, Pahlavis, Hûṇis, Roma

B. — *De Historia*

Communem universæ Indiæ historiam Indi neglexeru
multæ quidem provinciæ, multæque regiæ domus anti
tatum suarum memoriam, nec satis certam tamen, tenuer
superbia magis quam scientiæ cupidine impulsi ; sua e
facta ad majorem sui gloriam referentes, clades suas ob
runt, et externarum gentium victores meminerunt, victi o
sunt. Alexandri Magni nomen Græcorumque regum,
mortuo Alexandro regnum adepti sunt, apud Indos peri
jam notat scholiastes ad Scylacis Periplum[5]. Histori

1) Ed Trenckner, 83.
2) Mahâvaṃso, 171.
3) Sp. HARDY, *Manual of Buddhism*, 536.
4) Cf. WEBER, *Ind. St.* XVI, 302-4 ; 313 ; 380 ; 397 ; 412 ; 421. —
Berlin. Hss. 431, 537, 547, 582, 606, 660.
5) Car. MUELLER, *Geograph. Minores* (ed. Didot), XXXIII.

igitur Yavanorum ex Indicis monumentis describere ingressis, ea vel falsa vel manca nobis exspectanda est. Purâṇa dicta opera sola universæ Indiæ antiquitates amplectuntur, brevissima quidem nec satis accurata narratione. Viṣṇu-purâṇum primum audiamus (IV, 24, 13) : Post Andhrabhṛtyorum domum imperant septem Abhîri, Gardabhili decem, Çaki sedecim, octo Yavani, quatuordecim Tukhâras, tredecim Muṇḍi, Mauni undecim : quorum regum summa MCCCLXXXXIX annos in variis Indiæ partibus regnavit. Matsya-P.[1], Vâyu-P. et Bhâgavata-Purâṇa Yavanos octo numerant : quorum ex concordia gravior fit auctoritas. Vâyu-P. addit, Yavanos LXXXII annos regnavisse. « Maunis (aut Pauris) autem exstinctis, reges erunt Kailakili Yavani. » (Viṣṇu-P. ib.) Horum cognomen varie scribitur, Kailakila, Kailikila, Kilakila, Kaicchakila, et Kolikila. Vocem eo modo interpretatur Çrîdhara Svâmin (ad Bhâgav. P. loc. cit.) : « Kilikilâ urbis nomen ; ejus incolæ Kailikili dicti ». Idem scholiastes ad Viṣṇu-purâṇum. « Kailikilorum Yavanorum primus regnum adeptus Vindhyaçakti, deinde Puraṃjaya ; tum Râmacandra ; tunc Dharma ; a Dharmo Varâṅga (Vaṅgara, Vyaṅgala), Kṛtanandana, Suṣinandi, Nandiyaças, Çiçuka, et Pravîra. Illi CVI annos imperabunt. Erunt deinde tredecim filii, postea Bâhlîki tres, et Puṣpamitra et Paṭumitra etc., in totum tredecim, Mekalæ regnabunt » (Viṣṇu-P. IV 24, 17). Bhâgavata-P. alium ordinem aliaque nomina præbet : Bhûtananda, Vaṅgiri, frater ejus, Çiçunandi, Yaçonandi, Pravîraka ; illi CVI annos regnabunt ; tunc eorum filii erunt Bâhlîki. Postea Puṣpamitra, ejusque filius Durmitra. De nominibus et ordine regum Matsya-P. silet. In Vâyu-Purâṇo Vindhyaçaktis filius vocatur Pravîra ; Vindhyaçakti LXXXXVI annos, Pravîra LX regnat ; Kâñcanakâm urbem Vindhyaçakti regiæ sedem habet : Inter patrem vero et filium, longa regum series introducitur, quorum nomina sæpius cum Kailikilis congruunt,

1) Laud. ap. Wilson, *The Viṣṇu-purâṇa*2, ad IV, 24, 13 (vol. IV, p. 206).

nempe Parapuraṃjaya (vel Svara°), Ceṣi Nâgarâji fili Sadâcandra, Nakhavat, Dhanadhamita (°dharma), Viṃç Bhûtinanda, Madhunandi, fraterque natu minor Nandiyaç ea tandem ex stirpe alii tres reges erunt, Dauhitra (°trya, Da Çiçuka, et Ripukâya (corr. Purikâya), qui Vidiçæ principat exercebunt. » Brahmâṇḍa-Purâṇi nomina hæc sunt : Râr candra, Nakhavat, Varadharmin, Vaṅgava, Bhûminan Çiçunandi, Nandiyaças ; Dauhitra postea LX annos regn dicitur. Nomina et documenta, quo facilius conferantur, tabula præbemus.

Kailikilorum Yavanorum domus

Viṣṇu-P.	Vâyu-P.	Brahmâṇḍa-P.	Bhâgavata-P
—	—	—	—
1 Vindhyaçakti	1 Vindhyaçakti (annos LXXXXVI)	1 Râmacandra	1 Bhûtanand
2 Puraṃjaya	2 Parapuraṃjaya	2 Nakhavat	2 Vaṅgiri
3 Râmacandra	3 Sadâcandra	3 Varadharmin	3 Çiçunandi
4 Dharma	4 Nakhavat	4 Vaṅgava	4 Yaçonandi
5 Varâṅga (Vaṅgara)	5 Dhanadharma	5 Bhûminanda	5 Pravîraka
6 Kṛtanandana	6 Viṃçaja	6 Çiçunandi	
7 Suṣinandi	7 Bhûtinanda	7 Nandiyaças	
8 Nandiyaças	8 Madhunandi	8 Dauhitra (annos LX)	
9 Çiçuka	9 Nandiyaças	9 Çiçuka	
10 Pravîra	10 Dauhitra	10 Purikâya	
	11 Çiçuka		
	12 Ripukâya (Puri)		
	13 Pravîra (annos LX)		
Annos CVI			Annos CVI

Unde varias nominum formas agnoscere licet, ita ut discrepantia concordia quædam oriatur. Vi(ṣṇu-P). 1 = Vây. — ; 2 Vi. = 2 Vây. — ; 3 Vi. = 3 Vây. = 1 Br. 4 Vi. = 5 Vây. = 3 Br.— 5 Vi. = 6 Vây. = 4 Br. = 2 B — 6 Vi. = 7 Vây. = 5 Br. = 1 Bh. — 7 Vi. = 8 Vây. 6 Br. = 3 Bh. — 8 Vi. = 9 Vây. = 7 Br. = 4 Bh. 9 Vi. = 11 Vây. = 9 Br. — 10 Vi. = 13 Vây. = 5 Bh. -

(Patumitra, Vi.) = 10 Vây. = 8 Br. (= Durmitra, Bh.) — 12 Vây. = 10 Br. — 4 Vây. = 2 Br.

Documentis igitur, quæ ad universam Yavanorum historiam pertinent, exhaustis, jam ad ea, quæ singula ceteri libri tradunt, veniamus. In Pâṇḍavorum rebus, ut Mahâ-Bhârata refert, versantur Yavani : « Ille ipse quem Pâṇḍu in suam ditionem redigere non potuit, ab Arjuno devictus est, rex ille Yavanorum imperator fortissimus, Sauvîra rex nomine Vitula (*ed. Bomb. :* Vipula) a sapientissimo Pârtho subactus ; Arjuna eum in certamine telis domuit, Suvîri regem, Sumitrum nomine, quem dicunt quoque Dattâmitrum » (I, 5534 sqq.). Inter principes Draupadîm uxorem competentes, una cum regibus Kalingi, Bañgi, Pâṇḍyi, Pauṇḍri, Videhi, commemoratur Yavanorum imperator (adhipa, I, 7020 ; scilicet Bhagadatta, teste loco, I, 6992). Ædes a Mayo exstructas inaugurante Yudhiṣṭhiro, inter præstantissimos principes (kṣatriya) sedent « Kambojorum rex Kamaṭha, fortisque Kampana a quo territi cohorrescunt Yavani » (II, 117) « et Añgi rex et Vañgi rex, Sumitra, et Çibium rex Amitrakarṣaṇa, Kirâtorumque rex Sumanas, et Yavanorum imperator » (adhipati ; II, 120) una cum Jarâsandhi sociis incedit » Yavanorum imperator, Murus et Naraki princeps, occidentis plagæ arbiter, sicut Varuṇa, Bhagadatta regum rex (mahârâja ; II, 578-9). Idem ille ab Arjuno subigitur : « Ea in regione (Çâkala-dvîpa) regnabat Bhagadatta magnus, qui cum Pâṇḍavo magnanimo gravi certamine contendit ; a Kirâtis et Cînis multisque aliis militibus, ex oceani littore advenientibus, circumseptus pugnabat Prâgjyotiṣa vir ; dies octo Dhanaṃjayi impetum sustinuit ; tandem : Medius fidius, ait, Pâṇḍus fili, Indri fili, fortissimus es ! Ego enim, Mahendri amicus neque ejus viribus in prælio inferior, resistere tibi non possum. Dic mihi, Pâṇḍava, quid mihi agendum ? Mandata tua perficiam, fili mi. Arjuna dixit : Kuruum taurus, Dharmi filius, rex ille Yudhiṣṭhira est ; tuus ille dominus esto ; illi vectigal pendatur. Olim patris

mei amicus eras, mihique carissimus es : quam ob re
nihil jubeo ; amicitiæ gratia dona feras. » (II, 1001-10
Ut convenerat, Bhagadatta Yudhiṣṭhiro nobiles equos, v
cissimos, absolutumque tributum offert, ferrea vasa gla
que eburneo capulo præditos (II, 1834 sqq.). Regio Yudhiṣ
sacrifio adest Prâgjyotiṣi rex Bhagadatta, una cum barb
(Mleccha) Oceani littora habitantibus » (II, 1068). Ab Ar
fratribus Sahadevo (II, 1175) et Nakulo (II, 1199) dein
Karṇo (III, 15254-7) Yavani subiguntur. Divus ipse Kṛ
Yavanum Kaserumantem nomine occidit (III, 491). Yava
Indiæ imperaturos vaticinatur Vyâsa poeta, et Andh
Çakosque Pulindosque, multosque alios populos malos
mendaces, Kâmbojos, Bâhlîkos, Çûros, Abhîros, abeu
Kali-ætate (III, 12839). Incipiente Pâṇḍavorum et Kuru
bello, convocantur a Yudhiṣṭhiro socii : « Bhagadatta
nissimas legiones ducit ; ejus exercitus, a Cînis et Kir
aurei coloris circumseptus, sicut karṇikârorum silva niteb
(v, 584) ; nec non Sudakṣiṇa, Kamboja rex, Yava
Çakosque (v, 590) ; et Prasthali rex, Çûra Trigarti
Kambojos Yavanosque ducit (VI, 3856). Kṛṣṇa Yavan
ejusque comites profligat (VII, 399). Sâtyaki quoque Ya
nos fugat : « capita et brachia Yavanorum acutis sagi
præcidebat ; ferreas tunicas metallis variatas divideb
sagittæ, defixæque humi hærebant. » (VII, 4740-8). Bell
Yavanorum virtus describitur (XII, 3735-7) : « Gândhâri
Sindhusauvîri callide cuspides conjiciunt ; Uçînari, fortes
intrepidi, omni gladio dexterius utuntur ; Prâcyi ad elepha
torum pugnas callidi sunt, sed perfidi in prælio ; Yavani
Kamboji et qui circum Madhurâm incolunt omnes pug
superant, Dakṣiṇâtyi ense et scuto ».

In Skanda-purâṇo [1] Yavanorum pius rex Durjaya la
datur, qui multas in formas pravæ libidinis causa convers
denique in Râkṣasum mutatus, omnibus demum pecca

1) AUFRECHT, *Cat. Oxon. Mss.* 74 b.

liberatus est propterea quod Vâmadevum (Çivi imaginem) tetigerat. In Bhâgavata-P. (iv, 27 sq.) narratur Puraṃjani, Pañcâli regis, historia; qui, voluptate deceptus, urbem suam Gandharvis diripiendam relinquit; Jarâ (Senectus), Temporis filia, una cum Bhayo (Terrore), Yavanorum rege, urbem occupat, captumque Puraṃjanum Bhaya abducit. (Qua narratione per ambages animi intra corpus conditio describitur.)

Yavanorum princeps quidam famulæ muscario præpositæ manu periit, quæ litteras diadematis gemmis repercussas legerat [1]. Yavana quidam machinam per aera volantem construxerat, qua ille usus Caṇḍis principem, visendi cupidine laborantem, rapuit et abduxit [2]. Svarṇacûḍa Yavana mortem obiit, quod occulta in somniis protulerat [3].

Puṣpamitra, qui Mauryorum domo eversa Çuṅgorum domum instituit (circa 150 ante Chr. n.), Yavanos in fugam vertisse dicitur apud Kâlidâsum. Rex enim Agnimitra, universi imperii cupidus, equestre sacrificium (açvamedha) instruit, equumque emittit, firmo præsidio dato, ducibus Puṣpamitro patre et Vasumitro filio; juxta dextra Sindhus fluminis equo obstant Yavani equites, sed frustra [4]. Yavanis mulieribus corporis sui custodiam committunt Duḥṣanta (in Çakunt.) et Purûravas (in Vikramorv.) [5].

Daṇḍin, in libro Daçakumâracarita inscripto, mentionem injicit (iii, 92-3) « Yavani mercatoris nomine Khanati qui parvo pretio vendendum adamantem habebat pretiosis-

1) *Harṣacarita*, Calcutt. ed. Îçvaracandravidyâsâgara 1883, p. 173.
2) Ib. ib.
3) Sic Hall, *Vâsavadattâ* Intr. 53; hæc autem quam laudavimus editio Svarṇacûḍum, gentili nomine omisso, Mṛttikâvatis urbis regem appellat.
4) *Mâlavikâgnim.* ed. Bollensen, p. 83. Communem quidem illam lectionem, codicum discrepantiæ causa, Bollensen rejicit. Multis tamen codicibus usus Shankar Pandit nullam ad hunc locum variam lectionem inducit (*Bomb. S. Ser.* p. 107).
5) V. alterum opus meum *Le Théâtre Indien*, s. ind.

simum. » Eodem in opere, vir præceps in mare dejec fluctuantem tabulam uncis manibus retinet, navemque t dem aspicit Yavanam; a nautis correptus coram Râm navis magistro ducitur; mox autem ea navis, uvas porta a piratis impugnatur. Notandum etiam mercatoris non in Bṛhatkathâ (Kathâsar. S. tar. xxxvi, v. 73) Yavanase nisi tamen nomen aliter melius legatur [1].

Recentioris ætatis opus Vîracarita Yavanorum clad canit : Çâlivâhana imperator, exstinctis ad unum Çak Yavanos quoque funditus evertit. Yavani, deserta terra, Oceanum occidentem versus recesserunt [2].

Mira quadam sorte grammatici certissima de Yava documenta servaverunt. Pâṇini, quem Alexandri Ma temporibus floruisse non dubitamus [3], non modo Yavanoru nomen profert, sed etiam docet quomodo vox inde o (yavanânî) informetur. (iv, 1, 49) Commentarii ad Pâṇin scriptor Patañjali (circa 150 ante Chr. n.) Yavanos sim atque Kambojos, Colos, Keralos gentibus annumerat, qu rum rex gentile nomen accipit; ita fit ut rex Yavanoru Yavana appelletur. (Mahâbhâṣya ad Pâṇ. iv, 1, 175, Benaresia editione, in Ind. St. xiii, 371.) Kielhorn ve eam Yavanorum mentionem non recepit; neque recte : co firmatur enim præceptum alia quadam sententia (ad Pâ iii, 2, 111); ibi imperfecti temporis grammaticus præcip usum, ut præteritum aliquid multisque compertum, et pr sente eo, qui commemorat, actum indicatur; exemplu affert : Aruṇad Yavanaḥ Sâketam ; Aruṇad Yavano Mâdhy mikân : Yavana (rex) Sâketum (urbem) opprimebat; oppr mebat Yavana Mâdhyamikos. Yavanorum cladem comm morat sententia *murdhâbhiṣikta* (regis instar consecrata apud Varadarâjum (Laghukaumudî § 972) servata : duryava

1) Recens editio (Bombay, Nirṇaya-Sagar Press 1889) scribit Pavanasena.
2) Vîracar. laud. ap. *Ind. St.* xiv, 104.
3) V. quæ scripsimus in *Journal Asiatique*, 2, 1890.

naṃ vartate, male vertunt res Yavanis. Intima Yavanorum cum Çakis societas, Patañjalis ætate, eo demonstratur quod utrumque nomen in uno verbo conjungitur, scilicet Çaka-Yavanam (ad Pâṇ. II, 4, 10); quo quidem utitur Milinda-paṇho liber (loc. sup. laud.).

Astrologi cum Yavanis familiariter, ut ita dicam, agunt. Liber Atharvapariçiṣṭa, sive appendix ad Atharva-Vedum, Lunam in regione Yavanorum natam esse docet [1], quam opinionem repetit Varâhamihira astrologus [2]; idem ille liber solis defectionem Yavanis, Çakis, Tukhâris, Bâhlîkis infestam esse monet. Gravissimum de Yavanorum fatis documentum e Gârgî-saṃhitâ primus protulit Kern [3] : « Çâliçûko (vel ejus fratre) regnante, inquit, pravi potentesque Yavani Sâketo urbe et Pañcâlorum agris et Mathurâ potiti Kusumapurum (sive Pâṭaliputrum, Palibothram) adipiscentur; deinde capta urbe Puṣpapuro (id.)... universæ conturbabuntur provinciæ »; tunc pravæ religioni addicti populi (Buddhistæ scilicet) imperabunt; deinde « Yavani præliis ebrii in (media Indiæ regione) Madhyadeço non restabunt; sævum horrendumque bellum inter se, suis in finibus, agent Yavani. Tum demum, ætate labente, eversis Yavanis septem reges simul regnabunt ». Paulo post Agniveçya domo eversa, Çaka rex imperabit.

C. — *De religione*

Yavanos buddhicæ fidei addictos esse recte monet Gârgî-saṃhitâ; idem enim testantur inscriptiones (v. sup.) et buddhica opera. Prisca Taprobanæ insulæ historia, palice scripta, et Mahâvaṃso dicta, Yavanorum regionem (Yona-loko) notat [4]; quo mittitur Mahârakkhito sacerdos, a Tiṣyo

1) *Atharv. par. grahayuddha*, I. 1, 3; *Ind. Stud.* x, 317.
2) *Yogayâtrâ*, III, 19, *Ind. Stud.* x, 317.
3) Gârgî-Saṃhitâ, Yuga-purâṇa, *laud. in Ind. St.* XIII, 305; et ap. KERN. *Bṛh. S.* 37.
4) *Mahâv.* 71.

Maudgaliputro legatus ut Bonam Legem impertiatur; I
kârâmi sûtri auxilio Yonos ad fidem convertit, centu
triginta septem millia ad sanctitatem ducit, et decem n
sacris ordinibus sese addicunt, præsente Mahârakl
(307 ante Chr. n.). Eodem tempore Dhammarakkhito s
dos, Yona gente oriundus, Aparântum (occidentis) regic
Aggikkhandûpami sûtri auxilio convertebat [1]. Anno
ante Chr. n., ex computatione Mahâvaṃsi, Taproba
venit Alasando, e Yavanorum urbe, profectus sacc
Mahâdhammarakkhito [2]. Quin etiam Yavanorum rex
linda sanctorum numero a Buddhistis adscriptus fuit;
famam commemorat liber Milinda-paṇho, Milindi per
tationes. Natus erat Milinda Kalasigâmi (v. sup.), Sá
autem regnabat. Hanc quidem regiam conditionem ade
erat, ex voto olim, Kâçyapi Buddhi ætate, expresso
enim tempore novitius in monasterio scoparii munus p
tabat; aliqua die conversis purgamentis : « Utinam, ait, s
tem supremam (nirvâṇa) merear, gloriaque mea efful
sapientiamque obtineam! » Quamobrem multo post Mili
natus est, sapiens et eruditus, disertusque, omni
scientia instructus. Rex ille aliquando, militibus inspe
otium sibi superesse ante occasum solis sensit, et qu
gentos nobiles Yavanos, comites suos, rogavit : « No
tisne unum ex monachis (samaṇa) ant brâhmaṇis
mihi sanctorum (arhat) Buddhorumve ritus exponat
Sex igitur, qui se Buddhos esse profitebantur, nomin
quos rex adiit, inanesque breviter expertus, clama
« Proh! vacua est India (Jambudîpa)! » Sic, duode
annos, doctissimum quemque invisit, sed frustra. T
Beati convenerunt solliciti, divumque Mahâsenum, Trigir
Trium mundi incolam, rogaverunt ut e cœlo descende
personaque hominis suscepta controversiam cum Milir
constitueret. Mahâsena, docti Nâgaseni nomen et person

1) *Buddhagoṣa, Suttavibh.* I, 317; *Dîpav.* VIII, 7, 9.
2) *Mahâv.* 171.

mutuatus, in monasterium Saṅkeyya venit; monitus a nobili comite Devamantiyo Milinda eum adiit, quingentis comitibus circumdatus, quorum primi erant Devamantiyo, Anantakâyo, Maṅkuro, Sabbadinno. Longam statim controversiam exorsi sunt, in qua rex acutissimum et subtilissimum ingenium frustra præstitit; Nâgaseni sapientia victus, Buddhicam fidem amplexus est [1].

Yavanos olim Orissæis rebus esse potitos Orissæi annales referunt. Regnante Vajranâtho Devo, Yavani, e Babul regione advenientes Orissum ingressi sunt (Babul, id est Iran aut Kabul; ita saltem interpretantur commentarii), stare vero non potuerunt; rege autem Hangsha-deo, tertio post Vajranâthum, Yavani iterum, e Kâçmîro effusi, Orissæos fines occupaverunt, multasque pugnas commiserunt. Mortuo Hangsha-deo Bhoja Râja (189-53 ante Chr. n.) regnum iniit; tunc, Sindhus agris desertis, Yavani rursus incursaverunt, victi autem recesserunt, multisque Yavanorum urbibus Bhoja potitus est. Vikramâditya (53 ante Chr.— 82 post Ch.) post Bhojum rex factus, Yavanos tremefecit; sed Çâlivâhana, Yavanorum consilio et auxilio, Vikramâdityum aggressus prælio vicit. Regnantibus Bato-Kesari (82-133 p. Ch.) Tribhuvana-devo (133-176 p. Ch.), Nirmala-devo (176-221 p. Ch.), Bhîma-devo (221-258 p. Ch.) regionem rursus infestaverunt Yavani. Denique, rege Subhan-deo (sic St. ; 308 p. Ch.) Yavana quidam Raktabâhu nomine milites equos elephantosque navibus convectos in littus Orissæum exposuit, ditissimi Puri templi diripiendi causa. Audita re perterritus rex occidentem versus aufugit, sacram Jagannâthi effigiem secum ferens, quam inter dumeta condidit. Yavani direpto templo tota regione potiuntur. Impiam autem Raktabâhus superbiam Oceanus graviter tulit, Yavanumque obruit aquis una cum ejus militibus. Yavani tamen Orissum in sua ditione tenuerunt, et regia Yavanorum domus CXLVI annos duravit.

1) *Milindapaṇho*, ed. V. Trenckner, Londin. 1880.

Expulit tandem Yavanos Yayâti Kesari, qui Kesari
domum inchoavit[1].

D. — *De conditione et origine, moribus et institutis*

Sic igitur in rebus Indiæ sæpissime versati Yavani su
in brahmanica reipublicæ disciplina locum obtinuerunt;
ventæ sunt, ut mos est, fabulæ quæ conditionem gentis prop
originem explicarent. Mahâ-Bhârato teste (i, 3533) Yavani
sunt Turvasu, Yayâtis filio, Purus fratre; qui quum Uçai
Yayâti regi præcocem senectutem iratus exoptavisset, pat
pænas sibi sumere noluit; imprecatus autem pater: « Prol
ait, tua interrupta quondam cessabit » junioremque Puru
in successionem regni ordinavit; Turvasu in provinc
inter orientem et meridiem sitas procurator missus est. Q
origine Yavani Yâdavis, divi Kṛṣṇi genti, per affinitatem
nexi sunt, quum Yadu Turvasus frater fuerit.

Epos idem, in alio loco, aliam Yavanorum originem refe
Vasiṣṭhi brâhmaṇi vaccam olim vi abducere voluit Viçv
mitra rex. Brâhmaṇus inops, omni auxilio destitutus, in
erat ut discederet, quum vacca humana voce loqui incepi
« Mene, inquit, permittis an amittis? » — « Invitus e
discedo » respondit ille. Tunc autem vacca innumeras copi
e suo corpore emisit, quæ militibus Viçvâmitri restiteru
« Cauda emisit Pahlavos, urina Draviḍos et Çakos, vul
Yavanos, stercore Çavaros » (i, 6684). Hanc quoque origine
commemorat versus vii, 3379: « Yavani, Pâradi, Çaki cu
Bâhlikis, Mlecchi vaccæ vulva nati ». Tertiam deinde or
ginis rationem exponit xiii, 2103 (= ib. 2159): « Çak
Yavani et Kamboji olim kṣatriyorum gentes erant; paulati
vero ad conditionem Çûdrorum prolapsi sunt quod null
invisebant brâhmaṇos. » Quæ sint tandem Yavanorum offic
docet xii, 2429-39. Mândhâtar rex, Indri alumnus, deu
interrogavit: « Yavani, Kirâti, Gândhâri, Cîni, Çavar
Barbari, Çaki, Tukhâri, Kaṅki, Pahlavi, Andhri, M

1) Stirling, *Antiquities of Orissa*, *Asiat. Research.* xv, 258 sq

draki, Pauṇḍri, Pulindi, Ramaṭhi, Kamboji, hominesque Vaiçyi, Çûdri, Brâhmaṇis et Kṣatriyis orti imperio meo parentes, quomodo leges exercebunt ? Quomodo barbaræ illæ gentes mihi regendæ ? Utinam hoc a te audiam ! — Indra dixit : Parentibus universi pareant, magistro pareant, monachis, regibus ; sacra Vedorum præcepta sequantur : Barbarorum illud officium est. Inferias Manibus faciant, puteos, popinas, lectos, dona brâhmaṇis conferant ; ne noceant ; ne mentiantur ; ne irascantur ; bene cum omnibus agant ; uxorem, filios sustineant ; puri, procul ab omni malitia sunto. Sacra faciant ; brâhmaṇis magna præmia donent. Hæc est, o Mândhâtar, prisca lex ab omnibus observanda !

Râmâyaṇa narrat Yavanos Vasiṣṭhi vacca esse natos [1].

« Mugitu geniti Pahlavi centuriatim universum exercitum præsente Viçvâmitro exsciderunt, Yavani quoque cum Kâmbojis, Bâhliki, Daradi. At rex iratus summa contentione Pahlavos telis sonantibus stravit ; postquam vidit centuriatim occisos Pahlavos, emisit vacca feroces Çakos cum Yavanis mixtos ; plenissima illa erat Çakis Yavanisque commixtis, longos gladios hastasque ferentibus, aurei coloris..... Mugitu geniti sunt Kamboji solis instar splendentes ; corde orti sunt Barbari, vulva Yavani, stercore Çaki, pilorum rimis Mlecchi, Tukhâri et Kirâti. »

Yavanum Çûdra uxore et Kṣatriyo viro nasci censent auctores quidam, quorum opinionem refert Gautama [2]. Mânava instituta et Mahâ-Bhârata Yavanorum originem iisdem fere verbis exponunt : « Paulatim Kṣatriyorum gentes ad conditionem Çûdrorum prolapsæ sunt quod sacra negligebant neque ullos brâhmaṇos invisebant : sic Pauṇḍraki, Codi, Draviḍi, Kamboji, Yavani, Çaki, Pâradi, Pahlavi, Cîni, Kirâti, Daradi, Khaçi [3].

Versus tandem, quorum auctor perhibetur Câṇakya, Can-

1) *Gorresio*, I, 55, 18 sqq. ; *Bomb. ed.* I, 54, 18 sqq.
2) Gautama dharma-çâstra, IV, 21.
3) Manu, X, 44 = Mahâ-Bhâr. XIII, 2103, 2159.

dragupti regis æqualis et socius in rebus gerendis, memoı « neminem inferiorem esse Yavanis » (Vṛddha-Câṇak 8,5). In ceteris operibus, quibus brâhmaṇorum discipl exponitur, Yavani semper inter gentes addictas pecca salute tamen haud interdictas annumerantur.

Hic etiam grammatici suum et utilissimum auxili afferunt. Scholiastes ad Pâṇ. III, 2,126 exemplum affeı çayânâ bhuñjate Yavanâḥ ; accubantes cenant Yavani. Uı orta sententia, non liquet. Patañjali ad Pâṇ. II, 4, 10 (çûdrâṇ aniravasitânâm) vocem anir° interpretatur. Sunt qui voc Âryâvartâd, inquit, suppleant ita ut sensus sit : Aryorı sede, regione haud ejecti ; neque recte, quum nomen Çal Yavana repugnet (Inde patet, Yavanos Patañjalis temı ribus extra Âryâvartum consedisse et Çûdrorum loco habito Suam postea opinionem affert : Expleamus, ait vocem pâtı (vasibus haud ejectus) quippe quorum vasa post epul sacris ritibus purgari possint ; ejectorum autem vasa nu quam pura fiunt. Patañjalis opinioni verbum Çaka-Yavaı congruit : Yavani igitur, hac ætate, haud admodum impu habebantur. Prior tamen opinio, a qua Patañjali se abho rere profitetur, forsitan haud rejicienda tamen sit. Tempo enim, quo Yavani Çakique simul in Âryâvarto viveban vox Çaka-Yavana jure informata fuerit ; his autem gent bus extra Âryâvartum expulsis, nova vocis explanatio Patañjali invenienda erat.

Appendix ad Pâṇinis grammaticam Gaṇapâṭha dicta no modo Yavanorum nomen, ut vidimus, præbet, sed etiaı idem cum alia voce compositum, scilicet Yavanamuṇḍa Yavanorum modo tonsus (yavana iva muṇḍa ; sic Kaiyyaṭa Quo de more Yavanorum Purâṇa documenta tradunt : quuı Barbaros ulciscendi patris causa exscidere Sagara vellet Vasiṣṭha deprecatus est ut Yavanis, Çakis, Kambojis Pâradis, Pahlavisque parceret. Tunc Sagara jussit Yavano

1) Gaṇa mayûravyaṃsakâdayaḥ.

tondere caput, Çakos dimidium[1], Pârados capillum effundere, Pahlavos barbam promittere; eos universos vivere expertes ritibus, vedorum studio, sacris cærimoniis, brâhmaṇis. Qua ratione, ex kṣatriyis facti sunt Mlecchi. (Viṣṇu-P. IV, 3, 21 sqq.)

Assalâyana-Sutta, buddhici operis Majjhima-Nikâyi pars, Yavanorum quoque instituta memorat, dubiis vero utitur verbis. Gotama Assalâyanum discipulum interrogat: « Audistine, ait, apud Yavanos Kambojos ceterasque adjacentes gentes in certos quoque ordines (gallice : *caste*) homines dividi, dominos scilicet et servos, a dominis nonnunquam in servos, a servis quoque in dominos transire [2]. » Hanc autem, qua Pischel usus est, legendi et interpretandi rationem doctissimus noster Senart reprehendit, utpote quæ tum a grammatica, tum a rerum natura abhorreat, mutatoque verbo uno (neva pro ceva) aliter et rectius interpretatur : « Audistine apud Yavanos Kambojosque ceterasque adjacentes gentes nullos ordines esse institutos, dominos duntaxat et servos esse, et a dominis etc.... » [3].

Apud Yavanos tandem hoc esse institutum Buddhicæ fabulæ tradunt: Si quis subita nece periisset, res regi prius erat nuntianda, quam domo efferretur [4].

E. — *De scientia, artibus et sermone*

Scientia, quæ vel infimi ordinis virum apud Indos jure honestat, Yavanis maximam laudem decusque attulerat. « Yavani universam rerum scientiam complectuntur » ait Mahâ-Bhârata (VIII, 2107) Yavanorum artium summa, in Milindapaṇho [5], ad undeviginti ponitur, quum Indi suas artes

1) Ardhamuṇḍos, id. est dimidio tonsos Yavanos refert Jaimini-Bhârata. Cf. WEBER, *Ueber das Jaimini-Bhârata, Sitz. d. k. Akad. d. Wiss.* Berlin, 1869.
2) Assalâyana-Suttam edited and translated by Pischel, 1879. — Cf. JAMES D'ALWIS, laud. ap. *Ind. Streif.* II, 321.
3) SENART, *Revue Critique*, 12 avril 1880.
4) RALSTON, *Indian tales from Tibetan sources*, p. 361.
5) TRENCKNER, *Pali Miscellany*, I, 58.

ad duodeviginti numerent [1]. Astrologia quidem in pri
præstant; quod Gârgî-Saṃhitâ his verbis profitetur : « E
bari sunt Yavani; apud eos tamen scientia illa stetit;
speciem igitur sanctorum (ṛṣivat) coluntur. [2] » Apud Indi
astrologos frequens occurrit Yavanorum mentio : Yav
docti sæpissime laudantur; item doctus quidam Yavaneçv
Librum Yavana-çâstra inscriptum Sol ipse deus (Sûrya) sc
sisse dicitur; qui quum maximorum trium deorum ira c
expulsus esset, natus Romakapuri, in finibus Yavanor
Yavanos astrologiam edocuit [3].

Artes apud Yavanos floruisse Buddhicæ fabulæ testant
artifices etiam sæpissime peregrinatos a Yavanis ad In
ab Indis ad Yavanos. Narratur historia pictoris cujusd
qui propter negotium Madhyadeço profectus Yavanos ad
Yavana opifex mechanicæ artis peritissimus fictitiam puel
fabricaverat, qua pictorem deluderet; ille autem mira sole
ipsum opificem ridiculum fecit [4]. Fabula quoque est de
rario, qui, Madhyadeço profectus, Yavani pictoris hos
usus est. Memorandus tandem ille Yavana qui machi
per aera volantem construxerat, ut Caṇḍîs principem tolle

Yavani sermonis memoriam diutius quam scientiam I
tenuerunt; de quo duo tantum documenta reperiuntur, un
apud Buddhistas, alterum apud Brâhmaṇos. Vibhaṅga At
(palice aṭṭhakathâ) dictum opus Yavanum sermonem i
linguas perpetuæ mutationi addictas numerat, (cum C
Kirâto, Andhako, Damilo), dum Mâgadhî lingua imn
manet [6]. Kumârila tandem (ad Mîmâṃsâm) « Mlecchoı
linguas » his verbis interpretatur : « Yavanam scilicet
Raumakam Barbaramque » [7].

1) Cf. Petersb. Wort. s. voce *vidyâ*.
2) Gârgî Saṃhitâ, laud. ap. Kern, Bṛhat-S. Intr. 35.
3) *Ind. St.* II, 247 sqq.
4) Ralston, *Indian Tales from Tibetan sources*, p. 360 sq.
5) V. sup.
6) Laud. ap. James d'Alwis, *Journal of Pâli text Society* 1
p. 58.
7) Laud. ap. Colderooke, *Essays*, I², 340.

F. — *De commercio*

Quæ fuerint Yavanorum Indorumque mutua commercia, adhuc testantur quædam Indicæ voces : Yâvana, tus : — Yavanaka [1]) frugum genus, [2]) frumentum, [3]) carota, [4]) olibanum. — Yavanadeçaja (in Yavanorum regione natum), styrax. — Yavanapriya (Yavanis carum), piper. — Yavaneṣṭa (a Yavanis appetitum), [1]) cæpa, [2]) azadirachta indica. — °ṭâ, [1]) palma fera, [2]) cæpa, [3]) piper. — Yavanadviṣṭa (Yavanis inimicum), bdellium. — Yavanikâ, velum (aula præcipue).

II — YAVANOS ESSE GRÆCOS OSTENDITU

Collectis igitur et digestis documentis, interpretatio ja facilior et certior erit. Initium ab Açoki regis testimoniis, supra, faciamus. Yavanorum qui nominatur rex Aṃtiyol nullam inter doctos unquam controversiam movit; Antiochu enim statim quivis agnoscit. Ceteri, quorum ibidem nomi leguntur, reges protinus intelliguntur: Turâmaya, Ptolemæu Aṃtikini, Antigonus; Maka, Magas; Alikasudara, Alexa der. Etenim, inter annos 260-258 a. Ch. diversis Alexand Magni imperii partibus imperabant Ptolemæus Philadelphu Ægyptiæ, Antigonus Gonatas Macedoniæ, Magas Cyreni Alexander Epiro, Antiochus tandem Syriæ[1]. Quum ill unus Antiochus Yavanorum rex nuncupetur, interpretan dum esse videtur nomen Syriæ modo gentibus, ceteri exclusis, esse impositum. Non universos tamen Syriæ popu los nomen complectebatur; memorantur enim inter finitimos una cum Yonis, Kamboji et Gandhâri. Qua in regione Kam boji consederint, non patet; Iranicæ vero tribus nomen ess existimatur, unde Cyri filius Cambyses, persice Kambujiya nomen duxerit[2]. Gandhâros Kabuleam vallem habitaviss non modo Indi, sed etiam, veteres inter Græcos scriptores ostendunt. Kambojorum et Gandhârorum provincias, extra fines Indiæ sitas, Syriæ reges his temporibus tenebant. Ipse qui dicitur Yavana rex Syrus non erat Antiochus; Græcus ille erat, et multis qui post Alexandrum in Syriam migraverant Græcis imperabat; neque tamen universos Yavanos suos fecerat; coloniam ipsa in India tunc temporis Yavani

1) SENART, *les Inscriptions de Piyadasi*, II, 272 sqq.
2) SPIEGEL, *Erânische Alterthumskunde*, I, 442.
3) Hecat. fr. 178, 179. Herodot. VII, 65.

constituerant, in littoribus inter Indum et Narmadâm jacentibus, quibus præerat vir iranicæ stirpis Tuṣâspa (originem illius vox *aspa* composita prodit), regio titulo ab Açoko rege ornatus. Iranicum virum Açoka consulto, ut videtur, provinciæ præposuerat; peregre natus enim Tuṣâspa peregrinum sermonem et peregrinos usus cognoverat; is igitur erat qui peregrinis perite imperaret. Eamdem ob causam quarto post Açokum sæculo Rudradâman Ânarti et Surâṣṭri provincias Pahlavo, i.e. Partho præfecto Suviçâkho, Kulaipi filio, curandas tradidit.

Utrum Syri, qui nomen Antiochi imperio dederant, aut Græci, quorum ipse Antiochus erat et quorum multitudo Syriam incolebat, Yavani proprie dicti sint, hactenus ambiguum; altera tamen opinio jam verisimilior mox firmam fidem faciet. Yavanæ gentis non tantum apud Indos nomen reperitur[1]. Indiæ confines Persæ jam quinto a. Ch. sæculo ineunte Yavanos cognoverant. Darius rex in inscriptionibus suis quum Yaunos maritimos, tum continentis Yaunos inter gentes a se subactas numerat; hos esse Græcos ex Darii testimonio plane patet et nemo est qui infitias eat. Assyrii antea nomen audiverant; Sargon, octavo a. Ch. sæculo, gloriatur quod « Yavanos (Yavanai, Yavvnai) e medio maris velis remisque tanquam pisces expulerit » ; Cypro enim insula potitus, tutum a Græcis piratis Ægæum mare effecerat. Yâvân tandem Græcorum nomen apud Hebræos legitur, apud Arabes Yûnân. Neque ipsa de re Græcorum testimonia desunt. Scholiastes ad Aristophanem (Acharn. 104) notat « universos Græcos a barbaris Ionum nomine appellari » ; atque Hesychius, s. v. Ἰάννα, scribit idem.

Quo tempore nomen Indi primum audiverint, non constat. Neque statim dijudicandum, nomen ante Alexandrum Magnum irrepsisse, propterea quod præsentibus Græcis verum Græcorum nomen cognovissent. Alexander enim, ut ceteri

1) Bernard Stade, *De populo Iavan*, 1880. Cf. Lenormant, *Journ. des Savants*, 1882, 478-85 ; 602-11.

Græci, sine tribus interpretibus conserere sermonem non poterat[1]; Persis autem utebatur qui frequentibus commerciis Indorum linguam edidicissent. Indi vero jam prius Græcos esse experti erant; nam, omisso Scylace Caryandæo, qui Dario jubente Indum amnem navibus exploravit, milites ex Indicis provinciis arcessitos Indos Gandhârosque, Herodoto teste (vII, 65, 66), Xerxes in Græciam duxit; hostium illi nomen a ducibus aut commilitonibus audiverant, et post bellum reduces, vel paucissimi, domum retulerunt, imo etiam mirabiles de Græcis fabulas forsitan narraverunt.

Alia denique opinio occurrit de prima nominis apud Indos origine. Indiam olim cum Persis crebris commerciis esse conjunctam, multis indiciis apparet. Açoki inscriptiones, Indiæ antiquissimas, qui legit Darii inscriptionum memor, exordii, etiam formæ similitudinem admiratur. Yavanos autem Darius cum Çakis ut proximos refert; Yavanos cum Çakis tanquam longa consuetudine conjunctos Indorum scripta sæpissime memorant; publica quidem harum gentium societas inde a primo a. Ch. sæculo ipsa in India diu exstitit; his vero temporibus anteriora, ut videtur, scripta Yavanos cum Çakis miscent. Nota etiam dignum est, Kambojos, cum Yavanis pariter conjunctos, a Græcis scriptoribus omnino ignorari, ab Indis autem sicut inane nomen memorari; quos Persis esse cognatos supra sensimus. Ulterioris enim, puto, terrarum orbis notitiam a Persis Indi quondam acceperunt.

Quanquam scriptores de Yavanorum situ maxime inter se discrepant, plurimi certe Yavanos ad Occidentem spectare referunt, proximos Madrakis, Pahlavis, Barbaris, Kirâtis, Çakis, Daradis, Gandhâris, Kambojis, Bâhlikis, Çibibus, Cînis. Recakis, Trigartis, Pâradis, Sindhus ripis, Marui, Pentapotamiæ, Kâçmîro, Takṣaçilæ, Puṣkaravatî, Çâkalo, Çûdris. Quæ quidem nomina fere omnia explorata et perspicua sunt. Çaki sunt Sacæ, scythica gens, qui sub septentrionibus

1) V. testimonia de re infra.

juxta fines Iranicos vivebant; olim a Dario subacti, jugum mox excusserunt, ac paulatim progressi Bactrianam invaserunt, secundo a. Ch. sæculo, deinde Indiam. De Kambojis supra diximus; item de Gandhâris. Pahlavi sunt Parthi (prius Parthavi); Bâhliki, Bactriani; Cîni, Sinenses. Pentapotamiæ nomen hodie restat (Penjab); Maru Merwar (Maru-var) est; Kâçmîra, Cachmir; Trigarti ad Çatadrum flumen (Sutledj) jacebant; Çibes et Çûdri ad inferiorem Indum; Daradi in Dardistano manent. Barbari Kirâtique sub ipso Himâlayo ferum victum agebant. Puṣkalavatî (græce Peukelaotis) urbs ad Kabul flumen jacet, qua Suvâstu (Swat) flumen confluit; Takṣaçilâ (Taxilæ) inter Indum et Hydaspem (Vitastâm, Jhelam); Çâkala, Madrakorum arx inter Hydraotem (Irâvatîm) et Hyphasin (Vyâsum, Bias).

Ea si breviter complectimur, Yavanos a Bactriana usque ad extremam Pentapotamiam habitare patet; quos admodum intra fines Græci, ut videbimus infra, regnaverunt.

Yavanos in septentriones spectare nonnunquam perhibetur, propter Kambojos, Kirâtos, Barbaros, Çakos, Bâhlikos, Pârados. Omnes fere populos, quos supra memoravimus, iterum, mutata modo cœli parte, vicinos legimus. Nec mirum, quum, ad Indorum rationem, in septentriones et occidentem spectare videantur.

A Madhyadeço, id est a regione quæ patet inter utrumque mare, Gangem, Vindhyum montem, locumque ubi Sarasvatî flumen evanescit, Yavani in Orientem vergere dicuntur, propter Narmadârdhos, Çoṇos, Uḍros, Vaṅgos, Suhmos, Kaliṅgos, Bâhlîkos, Çakos, et Magadhos Prâgjyotiṣosque. Auctor est Varâha-mihira, clarissimus ille astrologus, qui Græcis doctrinis eruditus verum Yavanorum situm non ignorabat. Ne quis eum negligentiæ errorisve incuset, quod non modo Yavanos, sed etiam Bâhlîkos Çakosque ad orientem transtulerit. Narmadârdhi juxta superiorem Narmadâm (Nerbudda) sedebant, Çoṇi juxta Çoṇum (Sôna) flumen quod in Gangem influit, Uḍri in Orisso, Vaṅgi in austrinis Ben-

gali, Kaliṅgi infra Orissæos usque ad ostia Kṛṣṇæ (Kistn amnis, Prâgjyotiṣi tandem in Bhutano. Hos ergo intra fin ponendi sunt Yavani nostri, Çaki et Bâhlîki. Ea, qua cete populi usi sunt, ratione Indi nota sibi et quasi familiar nomina in novas ignotasque regiones secum tulerunt; hau secus Europæi coloni ad similitudinem Europæ America effinxerunt; Indi quoque coloni alteram extra fines Indi Indiam creaverunt. Cambodiæ (Kamboja, Camboge) regnu in Indo-China adhuc priscum Iranicæ tribus, ad occidente ab India sitæ, nomen sub oriente refert, tanquam proximu Campâ regnum inclytæ civitatis Campæ nomen mutuatu erat. Imo etiam Yavanorum nomen contiguis Annamitis Campæis esse impositum dilectissimus magister A. Bergaign ostendit[1].

Altera tamen interpretationis via præsto est; Yavanos enin olim in Orisso regnavisse Orissæi annales, ut vidimus docent, de quibus infra disputabimus.

Yavanos ad meridiem vergere, simul cum Ândhris, Tâla-vanis, Kaliṅgis, quidam describunt. Ândhrorum vero et Kaliṅgorum nomina haud procul ab eadem regione, quam supra exploravimus, ducunt; horum igitur Yavanorum fines inter orientem et meridiem patere haud immerito conjicias.

Multa tandem documenta, quum scripta, tum inscripta, Yavanorum sedem circa Narmadæ ostia, in Guzerato, Khan-desho Konkanoque indicant; Græcas in ea regione civitates esse conditas mox ostendemus.

Urbes quæ perhibentur Yavanorum multis in partibus terrarum quærendæ sunt. Præcipua urbs dicitur Alasanda, quo nomine Alexandria detegitur magis quam tegitur. Quæ fuerit autem tot inter urbes Alexandri Magni memoriæ dica-tas Alexandria illa, haud liquet. Ducentesimo yojano, id est quarto gradu a Sâgalo (Çâkala), Pentapotamiæ urbe, jacet Alexandriæ regio (Alasanda dîpo) : quo cum indicio satis con-gruit Alexandria sub Caucaso, aut Alexandropolis, vel demum

1) *Journal Asiatique*, 1888, p. 61-62.

Alexandria Arachoton; quum Græcum autem imperium diutissime in Kabulea valle steterit, Alexandria sub Caucaso potissime eligenda videtur, præsertim quum Alasandi incolæ proxime Gandhâros et Kâçmîros memorentur. Alteram etiam Ægyptiam Alexandriam Indi non ignoraverunt: onerariæ naves, Oceanum ingressæ, emporia petebant Vañgum, Takkolum, Cînum, Sauvîrum, Surâṣṭrum, Alasandum, Kolapattanum, Suvarṇabhûmim [1]. Yavanorum urbem, omisso nomine, quadragesimo quarto a Lañkâ [2] ad occidentem gradu memorat Varâha-mihira; quod ad Ægyptiam Alexandriam pertinet, imo etiam Ptolemæi astronomi mensuris miro modo convenit [3]. Romaka-pura, Romanorum urbs, quadraginta et sex gradibus remotior esse censetur. Kalasi vicus (Kalasi-gâmo), in Alasando dîpo, Yavani regis Milindi patria traditur; quæ sit græca vox inde restituenda, incertum est. Nomen idem in nummo quodam eroso, Eucratidæ effigie signato, legi puto « kariṣiye nagara devata » (?) [4]. Îdâgidati Yavani patria urbs Daṃtâmitî prâcritice dicitur, sanscritice Dâttâmitrî (nisi forte Dântâmitrî); Dâttâmitrîm urbem Kâçikâ-vṛtti (ad Pâṇ. IV, 2, 76) præbet ut exemplum ad Sauvîrorum regionem pertinens; hujus cives Dâttâmitriyi vocantur. Hoc quidem nomen ab Indico ingenio abhorret, quippe quod infaustum sonet; significat enim « cui dati inimici ». Memoriam igitur alieni nominis, Græci scilicet, Indicum forte retinet; Demetrius statim occurrit, qui maximum in Indiam imperium, teste Strabone (v. inf.) protulit, multasque urbes condidit. Daṇḍâmitra nomen quoque Weber confert, quod variæ lectiones ad Râmây. Gorr. IV, 3 20 juxta Pahlavasthânum, Pahlavorum (Parthorum) sedem, exhibent. Inde sequitur, urbem apud Sauvîros, inter Indum et Hyda-

1) *Milinda-paṇho*, p. 359.

2) Hoc nomine dicitur apud astrologos punctum, ubi longitudine Ujjayinis meridianus circulus dividitur.

3) Ptolemæus enim Ozenem urbem (Ujjayinîm) quinquagesimo fere ab Alexandria gradu sitam esse censet.

4) *Cat. Percy Gardner*, p. 19.

spem (Jhelam) a Demetrio, Demetriam nomine, esse conditam nisi forte plures urbes idem nomen acceperint, et Îdâgid patria haud procul a Nâsikio templo, circa Narmadâm, inqu renda sit. Ad id flumen jacebat Mṛttikâvatî, Yavani reg Svarṇacûḍi sedes (Viṣṇu-P. Hall, iv, 344); altera tam ejusdem nominis urbs prope Takṣaçilâm Gandhâros et Pu kalavatîm memoratur (Bṛhat-Saṃ. xvi, 26). Hac tandem Indiæ parte Kilakilâm, Kailakilorum Yavanorum regia arcem esse sitam paṇḍiti tradunt. Mahrattiam urbem Kil kilâm Jonesii interpres censebat[1], cujus sententiam impugna vit Bhau Daji[2], qui Græcos Pentapotamiæ modo imperaviss ratus nominis et urbis vestigia in Ghûlghûleh, prope Bâmia num, sub ipso monte Hindukush reperiebat. Paṇḍiti tame sententiam confirmavit inscriptio, anno post Ch. 1058 in sculpta, in qua Kilagila memoratur, Mârasiṃha-devi, Koṅ kani regis, sedes. Forsan urbis Kilakilæ nomen apud Ptole mæum servatur qui Kalligerim inter Hippokyram et Baitanam (Kalyâṇî prope Bombay, et Paithana prope Aurangabad refert.

Yavani nominis reliquias in his tractibus quædam urbium vocabula exhibere videntur. Lassen intelligebat[3], nomen Jûnagadh in Khattiawaro olim Yavana-gaḍa, Yavanorum arcem, esse dictum; neque procul ab hac urbe distat Girnar ubi reperta est inscriptio Yavanarâjum Tuṣâspum commemorans. Junnîr (aut Jûnâr), ubi cava templa Yavanorum pietatem etiam nunc laudant, Yavana nomen in priore nominis parte tritam, ut ita dicam, forsitan retinet. In Junnarensibus inscriptionibus laudatur Yavana Irila Gatorum, qua forma tribus aut urbis nomen ostenditur. J. Burgess[4] sanscriticam formam Garta restituit, qua tamen nullus scriptor unquam usus est ut regionem describeret; notissima autem

1) *As. Res.* xi, 142.
2) *Journ. Bomb. Branch*, vii.
3) *Ind. Alt.* i, 134.
4) *Archæol. Surv. of West. India*, iv.

Trigartorum civitas, unde lexicographici ingenii ludibrio, ablato numero (tri=tres), Garta nomen ortum. Yavana-gaḍi mentionem hic ego libenter agnoverim.

Yavano sermone Yavani utuntur; Yavana autem verba scriptor nullus affert, nisi tamen propria Yavanorum nomina tanquam certa documenta colligas. Anceps quidem illa via, quod alienæ gentis nomina singuli sibi accommodant, et novo quodam sensu induunt. Sic, Bhandarkaro teste [1] Batavi (anglice: Dutch) apud Indos Daityi (dæmones) nominati, Tartari Taittirîyi (vedica quædam schola). Yavani, quos inscriptiones laudant, meris tantum Indicis vocibus nuncupantur: Caṃda (Candra, Luna), Îdâgidata (ab Indro et Agni datus) etc... (V. sup.). Dhenukâkaṭâ tamen nomen, ut Græcum, agnoscere voluerunt Stevenson [2] et John Wilson [3]; alter in Xenocratem, alter in Theonicum vocem vertebat; quorum quidem discordia præmonet, ne confidentius hanc viam ingrediamur. Imo, ipsius Dhenukâkaṭæ pater Uṣavadáta, haudquaquam Græco nomine, vocatur. Yavanos reges infra considerabimus, quorum nomina sæpius a Græco sermone haud absona traduntur. Sic Milinda est qui Græce Menander; Dattâmitra, Dauhitrya, Durmitra Demetrium commemorant; Nakhavat forte Nikias est? Râmacandra, Sadâcandra Alexandro consonant. Nobiles quatuor Yavanos circum Milindum Milinda-paṇho liber laudat, Devamantiyum, Anantakâyum, Mañkurum quorum Trenckner [4] nomina sic interpretatur: Demetrium, Antigonum, Hermagoram. Khanati et Râmeṣu, in Daçakumâracarito laudati, dubiæ sunt originis. Râmeṣu nomen cum græca voce Ῥωμαῖος dubitanter conferam [5].

1) *Journ. Bomb. Br. R. As. Soc.* 1889.
2) *Bomb. Br.* 1853.
3) *Ib.*
4) *Pali Misc.* p. 70.
5) Quæ ad astrologiam pertinent verba, a Græco usu furtim deducta, recensentur infra.

Haud indignam Græca sapientia gloriam Yavani sibi cc paraverant, utpote qui brâhmaṇis judicibus omnium rer disciplina præstarent, majorem etiam quam Indi numer artium invenissent. Summa illa laus, cognita brâhmaṇ superbia, tanti momenti esse mihi videtur, ut ceteris eti deficientibus indiciis, hoc unum tamen arguat Græcos e Yavanos. Collatis autem crebris Græcorum scriptorum te: moniis de sapientia brâhmaṇorum, comperire juvat utramc gentem mutuam æmulorum admirationem movisse.

Yavanorum qui perhibentur mores Græcos quoque dec rant. Accubantes enim illi epulantur (de quo disserere adn dum superest); et caput suum tondere solent. Inde Yavar ignobili loco esse natos brâhmaṇi facile interpretabantu trium enim summorum ordinum homines, Brâhmaı Kṣatriyi, Vaiçyi involutos in vertice crines, eraso circu capite, rite gerunt; qua tonsuræ specie (cûḍâ) primo v tertio ætatis anno consecrantur. Nec minus ab Indico u abhorret certorum ex natura ordinum absentia; quum apı Græcos hi domini, illi autem servi fortunæ ludibrio fiaı neque fatorum continuatione nascantur.

Quamvis extra Âryâvartum, sacros Indorum fines, inc lant, Græci tamen in sacram reipublicæ disciplinam, Brâhmaṇis institutam, haud sine honore introducuntu Alexandri Magni ceterorumque regum qui Græcum nom victoriis suis illustraverant haud admodum immemore Indici legum scriptores Græcos in Kṣatriyorum nume posuerant, qui tamen sacrorum negligentia majorum lo delapsi essent; progenitor eis adscribitur ipse Purus frate Aliæ quidem fabulæ de Græcorum origine narrantur, no minus honestæ; sic, vaccæ vulva statim orti brâhmaı (Vasiṣṭhi) tutelam adversus iniquum Kṣatriyum (Viçvâm trum) suscipiunt. Iniquo quoque Kṣatriyi viri et Çûdræ ux ris connubio nati censentur. Etiam, Patañjalis temporibu (circa 150 ante Chr.), inter Çûdros numerantur, una cur proximis Çakis; honestum tamen pro Çûdris ordinem obtinen

Quæ fuerit propria Græcorum religio Indi non curaverunt; quin etiam, Græcorum dii Græcorumque cultus ab Indico animo nimis abhorrebant quam ut ab Indis intelligi possint. Indicæ vero religiones, ardenti fide præditæ, proximos Yavanos mox moverunt et in se converterunt; tertio jam ante Christum sæculo Açoka rex gloriatur quod optimam religionem (scilicet buddhicam) ultra fines Indiæ apud Yavanos late protulerit, apud Antiochum et Ptolemæum, et Magam, et Alexandrum. Non est cur Açoki testimonio fidem non adhibeamus, præsertim quum auctoritas ejus ceteris documentis confirmetur. Inscriptionibus enim Buddhicorum templorum eximia multorum Yavanorum laudatur pietas; annalesque sacri nomina servaverunt apostolorum qui Yavanorum regione oriundi optimam fidem Indicis etiam gentibus intulerunt. Vivit adhuc apud Buddhistas sancta Yavani regis Milindi memoria, quem Græci patrio nomine Menandrum dictitabant, pietate non minus quam bellica virtute insignem; hujus autem historiam universam infra repetemus.

Quæ ad historiam Yavanorum pertinent monumenta partes duas complectuntur; quarum prior heroicis Indorum historiis, aut potius fabulis miscetur, fictasque res et ficta nomina tradit: Hic ab Arjuno, Sahadevo, Nakulo, Karṇo, Sagaro, Raghu Yavani, nec sine præliis, subiguntur. Singulas eas victorias nemo est qui rerum scriptor curet; eas tamen qui prorsus omittat, nimia negligentia peccet: indicio enim sunt, Yavanos maxime floruisse qua ætate epica poemata conscripta sunt, aut saltem Yavanorum nomini amplissimum adhuc decus hæsisse. Certiora etiam Græcorum in his operibus vestigia quidam, recte an perperam, notaverunt. Rex ille Bhagadatta cujus laus et mentio frequens in Mahâ-Bhârato incidit, idem est, Gutschmidio judice[1] qui Græce Apollodotus, quum Bhaga apud Iranios Græcorum Apollini similis sit. Apollodoti res gestas a Græcis Romanisque scriptoribus

1) S. v. Persia, in *Encyclop. Britann.*

non accepimus; Trogus Pompeius eas in Historiis narraverat Justinus autem omisit. Nummi autem Indicis agris erut docent regem illum Eucratidæ æqualem vixisse; etian Mathuræ et in Guzerato reperiuntur, unde apparet illius imperium late in India patuisse; quod testantur quoque græca et indicæ litteræ utrinque inscriptæ (Βασιλεως Απολλοδοτου σωτηρος = Mâhârajasa Apaladatasa tradatasa).

Dattâmitri nominis græcam originem jam ex urbe Dâttâmitrî cognovimus; regis nomen in Mahâ-Bhârato traditur, Demetrii regis parum anceps monumentum, quum ab Indicæ linguæ usu vis nominis abhorreat. Nec mirum : Demetrius enim ille, Strabone teste, Græcum imperium late protulit. « Græci plures etiam gentes, quam Alexander ipse, suam in ditionem redegerunt, præsertim Menander... et Demetrius, Euthydemi filius, Bactrianæ rex; illi non Pattalenæ (Indi amnis ostiis) solum, sed etiam littoribus, usque ad Tessariostum (vel Sari° = Surâṣṭra?) et Sigertidis regnum, imperaverunt »[1]. Idem ille urbem condidit Sagalam Euthydemiam, (non procul ab urbe Lahor); nummos græcis indicisque litteris inscripsit : Βασιλεως ανικητου Δημητριου; Mâharajasa aparajitasa Deme...).

Yavani tandem a Kṛṣṇo occisi nomen Kaserumant (vel Kaç°), ullius in Indico sermone sensus expers Romano Cæsari non dubium quin plane respondeat. Legatos enim ad Cæsarem Augustum ab Indico quodam rege missos omnibus compertum est[2].

Pars altera documentorum veram Yavanorum historiam illustrat. Omissis Açoki inscriptionibus, quas supra perpendimus, Purâṇa singulos Yavanorum in India reges commemorant. Yavani primum inter Çakos et Tukhâros numerantur octo, neglectis nominibus. Nunc Indo-Græcorum regum tabulam apud Percy Gardner[3] confer, quam ille Purâṇorum

1) Strab. XI, 11, 1.

2) Cf. Osmond de Beauvoir-Priaulx : *Indian embassies to Rome*, Journ. Roy. As. Soc. 1860 sqq.

3) *Cat. of Indian coins*, p. XXXIII.

incuriosus, vel potius ignarus descripsit : Demetrium, Eucratidam, Helioclem, Agathoclem, Lysiam, Menandrum, Apollodotum, ceterosque Græcos reges aut principes quorum nummi exstant, in medio positos, hinc vero Çakos reges Azem, Azilisem, Spalirisem etc..., illinc reges Yueh-chi, quos ipse Gardner post tot alios Tocharis (sanscritice Tukhâra) respondere censet. Hos quidem non ex temporum serie, sed ex imperii situ, ita disposuit, quod Yue-chi reges ad septentrionem ultra Paropamisum, Græci ad occidentem ultra Indum, interdum etiam ad orientem ab Indo amne, Çaki tandem ad orientem ab Indo regnaverunt. Purâṇica autem opera eadem ratione utuntur, quod multæ regiæ domus simul in variis Indiæ partibus imperium exercebant. Numerus annorum (LXXXII) intra quos Yavanorum imperium stetisse dicitur, vero proximus esse videtur; ineunte secundo ante Christum sæculo Demetrius florebat; exeunte eodem novissimi Menandri heredes trans Indum amnem recesserunt. Qui fuerint octo illi reges quorum numerus accurate traditur haud liquet; plures enim nummis cognovimus : Demetrius, Pantaleon, Agathocles, Eucratides, Heliocles, Antialcidas, Lysias, Diomedes, Theophilus, Archebius, Apollodotus (I et II), Strato, Menander, Epander, Dionysius, Zoilus, Apollophanes, Artemidorus, Antimachus (II), Philoxenus, Nicias, Telephus, Hippostratus, Amyntas, Hermæus tandem nummos litteris græcis indicisque simul inscriptos ediderunt, regiumque titulum græce βασιλευς, indice mahârâja, sibi assumpserunt; quos inter sex et viginti reges non æquam tamen omnes potestatem obtinuerunt ; plurimi vero paucis civitatibus præerant, nullaque in historiis vel Græcorum, vel Indorum vestigia reliquerunt. Eximiam autem famam tantum consecuti sunt Demetrius, Agathocles, Eucratides, Apollodotus et Menander ; quos, tribus additis, Purâṇorum Yavanos esse crediderim.

Yavani equites, qui Puṣpamitro ad Sindhum obstiterunt postquam ille Yavanos agros ingressus erat, sub Indo-Græco

quodam imperatore merebant. Puṣpamitra, Agnimitri pater qui Vidiçæ regnabat, eo fere tempore vivebat, quo Yavana rex Ayodhyâm urbem capiebat et Madhyamikos vincebat (v. sup.). Hujus victoriæ gloriam Menandro doctissimus quisque tribuit, auctore Strabone ; ille enim narrat « Menandrum ad orientem progressum ultra Hypanin usque ad Isamum pervenisse ». Hypanin et Isamum fluvios nemo novit ; Mannertus igitur legit Hypasin et Jomanum (sansc. Vipâç et Yamunâ). Emendatio quidem satis audax est, quum verba nimis dissimilia sint ; Lassenius tamen eam recepit ; frustra, namque parum rebus congruit emendata lectio ; Ayodhyâ enim urbs a Yamunâ ccc millium anglicorum intervallo distat. Cunningham Isamum vocem cum codicibus legit ; Isamus autem Strabonis qui nunc Isan-nadî dictus in Gangem infra Kanojum influit. Præterea Yavani ultra Ayodhyâm etiam imperium suum auxerunt ; Pañcâlis enim agris et ipsa urbe Pâṭaliputro, Magadhi regni arce, potiti sunt tempore quo Çâliçûka, quartus post Açokum rex, imperabat, ineunte igitur secundo ante Chr. sæculo. Ea autem ætas est qua Demetrius Indiam occupabat ; Demetrii etiam nominis quasi fragmentum in Gârgî-saṃhitâ agnoscitur (kar*dame* prathite). Madhyamiki autem, quos idem ille Yavana vicit, interiorem Indiam colebant [1] ; nihil nisi nomen commune illi habent cum Madhyamikorum schola, a Nâgârjuno primo post Ch. sæculo condita. Perperam igitur Weber opinatus est, hoc pro religionibus bellum esse susceptum ; quam sententiam ipse etiam radicis *rudh* usus confutat. Post insignes autem Yavanorum victorias mox fore ut civile bellum exoriatur, subactæque gentes jugum excutiant, Gârgî-Saṃhitâ vaticinatur ; quos ad casus sententia quoque pertinet a grammaticis servata : « Male vertunt res apud Yavanos ». Illas adeo Græcorum discordias civiliaque bella docemur a Justino (XLI, 6). Eucratides enim Demetrio bellum indixit ; quum ille vero obsidionem pateretur, cum

1) *Bṛhat-Saṃh.* 14, 2.

trecentis militibus sexaginta millia hostium assiduis eruptionibus vicit. Summa rerum igitur potitus, Eucratides nummos Græcis et Indicis litteris inscriptos percussit.

Menandri quoque regis memoriam Buddhistæ tenuerunt, imo etiam nomen ; palicum enim vocabulum Milinda Menandrum ad litteram fere refert. Menandro regi, ob pietatem, sacros sanctosque honores ab Indis esse decretos, Græcia audierat. Plutarchus [1] ita narrat : « Menandro, optimo quodam Bactriæ rege, inter arma mortuo, communem reipublicæ curam civitates habuerunt; reliquiarum autem causa, certamen pæne fecerunt; placuit tandem ut eas æque inter se dispertirent, singulæque civitates suam partem domi colerent. » Hic certe Græcorum historias Indica scripta supplent. Quæ fuerit enim coloniarum illarum vita, procul ab orbe Græco relegatarum, inter gentes alienissimas, moribus, institutis, sermone separatas, a Milinda-paṇho percipimus. Rex Menander quingentis Græcis familiariter utitur, quorum principes Demetrius, Antigonus, Hermagoras (?); utpote qui vi et armis potestatem suam condiderint, Græci reges magnum alunt exercitum ; milites quotidie inspiciunt, ut militari disciplinæ consulant; Alexandri Magni memoria haud indigni, in ipso bello animi et ingenii voluptatibus indulgent. Quum patrii sophistæ rhetoresque deficiant, socraticas disputationes mutatis personis instituunt; arcessitis enim Indorum theologis, de brâhmaṇica vel de buddhistica fide controversias ineunt; Indica vero illa sapientia aristotelicæ dialectices legibus impar cedit græcusque homo, longinquæ patriæ memor, ægro animo exclamat : « Proh! vacuam Indiam! » Æquali tandem adversario opposito, statim se victum rex profitetur, alienamque fidem amplectitur. Græca autem subtilitas hic etiam agnoscitur; comperto enim quantas opes, quantum auxilium apud pias gentes imperatori religio afferat, Græcus ab Jove deficit ad Buddhum, nisi potius Jovem Buddhumque simul colat. Brâhmaṇi vero, superbiores quam qui Yavanum

1) *Reipubl. gerend. princip.* 28.

in suam disciplinam recipiant, Menandri memoriam inimic
insectantur abolentque. Imperii sui sedem Menander in e
urbe constituerat, quam Demetrius condiderat aut instaura
verat paternoque nomine Sagalam Euthydemiam dixerat [1].

Yavanorum Kailikilorum, id est Græcorum qui Kilikila
regnabant, memoria fere periit; hos tamen « re legibusque
Græcos » fuisse compertum habemus. Nihil nisi regum nomina, neque satis certa, superest. Doctissimus Bhau Daji
inscriptionem Ajaṇṭæ [2] notaverat in qua Vindhyaçakti, Vâkâṭakæ stirpis princeps, in India meridionali regnantis,
refertur, ejusque filius Pravarasena; Vâyu-Purâṇa autem
Vindhyaçaktim filiumque Pravaram (corr. Pravîram) inter
Kailikilos reges memorat; unde hoc cogere Bhau Daji volebat,
eosdem esse Kailikilos et Vâkâṭakos. Bühler tamen recte
respondit[3] Vindhyaçaktim in Ajaṇṭâna inscriptione « illustrem
unum ex tribus ordinibus » (*dvijaḥ prakâço*) nominari, quod
Yavano, ut vidimus, nequaquam congruat; nullum tandem,
præter illud, Vâkâṭakis et Yavanis commune nomen esse.
Kailikilorum nomina singularem quamdam speciem exhibent,
quippe quæ sanscritico ab usu, imo etiam a sensu plurime
abhorreant, incerta etiam fluctuent; sic Yaçonandi, inversis
verbis, Nandiyaças quoque legitur; Vaṅgara, aut Vaṅgiri,
aut Varâṅga quasi monstrum informe apparet; Nakhavat
(unguibus præditus) apud Indos nunquam nomen fuit. Peregrino enim sermone oriunda hæc in Indicam linguam migraverunt, Indicis verbis accommodata. Qua ratione Vaṅgara
ab Evagora deduci potuit, Nakhavat a Nicia; Bhûminanda
(terrarum gaudium; Bhûtinanda, etc.) indicam Menandri
interpretationem præbere videtur; Dauhitrya (qui Paṭumitra
quoque et Durmitra scribitur) Demetrio miro modo respondet.

1) Si recte saltem emendata lectio sit; codd. habent Euthymediam
aut Eudymediam.

2) Cava XVI; *Journ. Bomb. Br. R. As. Soc.* VII, 53-74.

3) *Ind. Antiq.* XII, 242 sq.

Râmacandra (var. l. : Sadâcandra) Alexandro tanquam imago resonat [1].

Nec minus ignotum Græcarum rerum scriptoribus fuit Græcum imperium, post multos magnosque impetus quarto(?) demum post Ch. sæculo in Orisso conditum, quod circa CL annos stetit. Hos quidem Yavanos Orissæi paṇḍiti Mongolicos esse interpretantur, utpote qui memoriam rerum ante Mongolicum imperium gestarum perdiderint; annales autem Babul-deço, id est Irano et Kabulea valle, et Sindhu-deço, id est Indi amnis valle ortos Yavanos perhibent : quibus adeo regionibus imperabant Græci. Jam a tertio ante Ch. sæculo crebros impetus fecerant; expulsi autem urbes suas repetebant. At vero, anno 318 p. Ch., Græcus quidam Raktabâhu (« rubro brachio præditus ») navibus invectus regionem occupavit, summaque rerum potitus est. Denique Græcos expulit, anno 473 p. Ch., Yayâti Kesari, Kesari dictæ regiæ domus conditor [2]. Mirabilis quidem, nec sortis ludibrio tantum tribuenda, nominis illius species; qui Græcos vicit imperator Cæsaris nomen imitari videtur (v. inf.) [3].

Yavanorum imperium a rege Çâlivâhano funditus eversum

1) Similitudinem nominum ipse Alexander expertus erat, quum ad Candrabhâgâm pervenerat; Sandrophagum enim milites audiebant, unde infaustum Alexandro augurabantur; itaque fluvio nomen Acesinem (a prisco nomine Asikni) imposuerunt.

2) Cf. HUNTER, *Orissa*. HOWORTH (*Ind. Ant.* XVII, 60) censet Yavanos illos esse Malayos, Java insula ortos. Yavanorum quidem nomen extra Indiæ fines translatum Annamitis quoque inditum est (v. sup.); ex omnibus autem, quæ Stirling laudat, documentis Yavanos ab occidente in Orissum venisse patet.

3) HUNTER (*Orissa*, I, 220) auctor est, novem Yavanos reges in Madrasii littoris annalibus (qui sint isti libri, me prorsus latet) commemorari, qui anno 515 p. Ch. Andhram domum everterunt, regnumque CDLVIII annos occupaverunt (-963 p. Ch.); Brâhmaṇorum tandem inimicitiis, ut qui Buddhistis nimium faverent, expulsi sunt. Buchanan denique (laud. ap. HUNTER, *op. laud.*) narrat, se in Malabaricis littoribus vidisse gentiles brâhmaṇi cujusdam chartas, unde apparebat Yavanos, domo eversa quæ antea regnabat, regium locum LIV annos (782-836 p. Ch.) obtinuisse.

inter Indos constat; idem ille rex Çakorum potestatem abolevisse dicitur. Çâlivâhani stirpe ortus Gotamîputa Sâtakaṇi a Pulumâyi-Vâsithîputo (Pulumâyi is est qui apud Ptolemæum Siri Polemaios nominatur) laudatur, ut qui « Çâtavâhani (= Çâli°) stirpis famam instauraverit,... et Çakos, Yavanos, Pahlavosque deleverit ». Hæc scriptorum inscriptionumque concordia fidem auget : Ândhrabhṛtya igitur domus, quæ Dekkhano imperabat, ultimas Græci imperii reliquias secundo p. Ch. sæculo abolevit. Neque Çaki, ut credunt, victos Yavanos sui juris fecerant; eos vero tanquam socios receperant, ita ut ex Çakis Yavanisque una gens effiçi videretur. Indo-Græco igitur imperio non Çakorum victoria finem imposuit, communis vero Çakorum Græcorumque clades.

Eas, quæ nomini Yavanorum connectuntur, merces Græci vel invehebant, vel evehebant; hic quoque Græca Romanaque documenta Indicis testimoniis confirmantur [1]. Ægyptus, claustra illa annonæ imperii Romani, Indiæ ipsi frumenta importabat; quod testatur etiam nomen âlisaṃdaga, Alexandriæ cognatum, frumento impositum [2]. Ægyptiæ naves, et Persicæ, Arabicum et Æthiopicum styracem, arabicumque olibanum asserebant, pictaque aulæa, uvasque, quin etiam pulcherrimas virgines, regiis aut privatis gynæceis vendendas, aut meretricio addictas [3]. Deinde, his mercibus exoneratæ, in Græcas regiones piper, et cæpas, et azadirachtam (unde oleum et medicamentum hauriuntur), plumbumque revehebant. Ferrea tandem vasa gladiique eburneo capulo, Bhagadatti regis dona, Bactrianas merces indicant.

1) Cf. in primis Peripl. mar. Erythr., atque Digesta xxxiv, tit. iv par. 16. Italica, Græca, Arabica vina, styrax, picta texta inter invectas merces, inter evectas piper numeratur.

2) Bhagavatî, 21, 21 laud. ap. *Ind. Stud.* xvi, 303.

3) De illo lenonum commercio cum Indis cf. Peripl. mar. Erythr. p. 18 et 28; ex Apologo et Omana invehebantur *παρθένοι εὐειδεῖς πρὸς παλλακίαν*; inane quoddam opusculum nuper scripsit A. N. Kephallenos : *Αἱ ἑλληνίδες ἑταῖραι ἐν τῷ ἰνδικῷ δράματι*, *Athenis*, 1887.

APPENDIX

DE KÂLA-YAVANO

In sacris fabulis quæ de Kṛṣṇi vita gestisque narrantur, memoratur vir quidam nomine Kâla-Yavana; de quo Viṣṇu-purâṇa (V, xxiii) hæc refert: sanctissimus (ṛṣi) Garga, ob contumeliam iratus, filium desiderabat qui pænas a Yâdavis repeteret; ad Dekkhanum (Dakṣiṇâpatha) profectus, gravibus corpus animumque suum castigationibus affecit; ibi Yavanorum rex suam ipsius uxorem utendam Gargo tradidit; unde natus filius Kâla-Yavana appellatus abdicatum a Yavano regnum adeptus est. Juvenis ille rex exercitum adversus Yâdavos ducit, Mathurâm contendit; deserta urbe Kṛṣṇa ad mare descendit, inexpugnabile oppidum Dvârakæ instruit, collocatisque hac in arce suis, Mathurâm redit. Infestis armis reducem Kṛṣṇum persequitur Kâla-Yavana, ejusque vestigiis hærens antrum ingreditur, ubi portentoso somno Mucukunda premebatur; tenebris deceptus, Mucukundum ferit; iratus ille, subito experrectus, ardentibus oculis comburit Kâla-Yavanum.

Aliquid his addit Harivaṃça, in quo pater Kâla-Yavani Gârgya (Gargi nepos) dicitur, mater autem Apsaras quædam, Yavani regis uxor, quam pastorali cultu indutam ille dolo ad Gârgyum mittit, ut filium sibi gignat. Inde ortus filius in regio gynæceo alitur. Quum Jarâsaṃdha, acerrimus Kṛṣṇi hostis, socios ad arma vocat, Çâlvum regem ad Yavanum mittit, qui fœdus cum illo ineat. Kâla-Yavana, pollicitus auxilium, bellum Kṛṣṇo infert, et perit, ut supra (Hariv. xxxv; cviii-cxiii). Ejus necem breviter narrat Bhâgavata-Purâṇa

(x, 50-51 ; cf. iii, 3, v. 10). Vîracaritra Kâla-Yavani filium Pattrâsurum nomine, memorat [1].

Quum Purâṇorum incerta sit ætas, Mâghum poetam laudemus, Kâlidâso haud multo posteriorem, qui Kâla-Yavanum inter Çiçupâli socios adversus Kṛṣṇum refert (ii, 98).

Kâla-Yavani dictæ regionis (Kâla-Yavana-nâmni dvîpe) mentio apud Daṇḍinem occurrit [2] in qua mercator quidam Kâlagupta filiam suam Suvṛttâm Magadhi ministri filio Ratnodbhavo tradit, commercii gratia regionem ingresso [3].

Kàla verbum, Yavano compositum, *nigrum* aut *tempus* significat. Kâla-Yavana igitur vel niger Yavana, vel temporis Yavana est ; haud dubium est autem quin prior sensus rei melius congruat. Weber [4] nomen ita interpretatur : « Kâla-Yavana niger Yavana est, qui sensu (ut videtur) albo Yavano opponitur. Anne hic Africani, aut fusco colore Semitæ intelligi sunt, qui bellum Indiæ intulissent? » Idem ille tamen animadvertit, Gargi illius nomen hac quoque in fabula Yavanis conjungi, qui Græcis tanto honores scientiæ causa confert (v. sup.) Verbum Kâla nequaquam prohibet quin Kâla-Yavanum in numero Græcorum ponamus. Additum enim Kâla vocabulum nomen in pejus vertit ; inde fit ut multi dæmones Kâla vocabulum in suum nomen recipiant ; sic Kâlanemi, Kâlakañja, Kâlakâkṣa, Kâlakeya, Kâlanâbha, multique alii. Kâla-Yavana Dekkhano imperat, qua in regione Græcum imperium conditum accepimus ; Mathurâm ille petit ; Græcos autem ultra Mathurâm etiam progressos ab ipso Gargo audimus. Historia igitur, quæ de Kâla-Yavano traditur, Græcorum memoriam retinere merito videatur.

1) *Ind. St.* xiv, 117.
2) *Daçakum. Pûrvapîṭh.* i, 7.
3) Cf. *ib.* iv, 16, 15.
4) *Ind. Lit. gesch.* 237.

III — QUID A GRÆCIS, ETIAM NON CONFESSI, INDI ACCEPERINT

I — DE ARTIBUS [1]

Præter documenta, in quibus expressa disertissime Græcorum mentio incidit, exstant alia testimonia, unde apparet mutuos Indorum Græcorumque usus diu ac penitus floruisse et invaluisse. Hæc, vel certa vel ambigua, colligere opus nostrum erit, quum Græcorum vestigiis apud Indos indagandis studeamus; pertractare autem nec vacat, nec libet, quum singula prolixis disquisitionibus egeant. Quid enim ab externis gentibus mutuata sit, Indorum superbia non

1) Jam typis mandatum erat opus nostrum quum ad nos pervenit fasciculus inscriptus *Proceedings of the Asiatic Society of Bengal*, VIII, *August* 1889, in quo nuntiatur liber mox publici juris faciendus, *Græco-Roman Influence on the Civilization of ancient India* auctore VINCENT SMITH; cujus etiam summa ibidem exponitur p. 209-215). Scriptor, ut qui sit archæologus, artes peculiari diligentia curat, neglectis litteris. Indo-Græcum architecturæ genus nullum unquam fuisse asserit; doricas, ionicas, corinthias columnas tantummodo imitati sunt (cap. II) in superiore Indi amnis valle. Hos etiam intra fines florebat Indo-Græca sculptura, Buddhicis operibus maxime addicta (III); ultra Pentapotamiam, in ipsa India, rara sunt Indo-Græca sculptorum opera; circa Mathurâm præcipue reperiuntur (IV). Taxilea templa et paucissimæ sculpturæ ineuntibus Christi temporibus, aut paulo ante Christum, fabricata sunt; Gândhâræ regionis sculpturas finxerunt indigenæ artifices, a peregrinis edocti, et qui Græcas prius, deinde Romanas artes acceperunt. Romano-Buddhicæ sculpturæ circa 200 p. Ch. incipiunt, circa 450 autem desinunt; inter annos 200-350 p. Ch. maxime florebant. Romano-Buddhicum tandem sculpturæ genus Romano-Christianæ arti, qualem eam exhibent Catacumbæ (250-450) simillimum est (V). Picturam (VI) et nummorum artem (VI) a Græcis Indos accepisse censet, aut potius sentit V. Smith.

ultro confitetur, imo etiam summa diligentia premit et obruit. Indiam peregrinis victoribus sæpissime paruisse ipsi brâhmaṇi docent; sic enim fata jubebant; aliquid autem alienum sese didicisse aut accepisse, aperte negant. Anceps igitur haud semel sententia hæret; satis erit, si cuncta indicia perlustraverimus : universa enim fidem facient, quæ singula vel verisimillima non moverent. Ac Webero primum maxima laus conferenda, qui inveteratis opinionibus infestus monuit Indiam Græciæ plura debere, quam dedisse; magistri viam secuti, nimiisque studiis impulsi, multi nunc laborare videntur ut Indici ingenii partem, et, ut ita dicam, patrimonium minuant. Inversus ergo nunc scientiæ status, quum India ineunte sæculo omnis sapientiæ, omnium artium patria traderetur, exeunte autem exsanguis Græci ingenii effigies habeatur. In medio, ut fieri solet, stat veritas. Quæ docuit India Græciam, alii ostendant; quæ didicit a Græcis, exponamus.

Apud Pâṇinem (iv, 1, 19) græcæ scripturæ mentio incidit; nomen enim inflecti docet e *Yavana*, addito elemento *ân + î*; eo pacto jubet inflecti alia quædam verba : Indrâṇî, Varuṇânî, Bhavânî, yavânî, mâtulânî, etc... notissima quidem et communis inter Indos usus. Inflexi nominis Patañjali monet quæ vis sit: « additur Yavano elementum *ânî*, ut scriptura significetur : Yavanânî est Yavanorum scriptura ». Idem præcipit Çâkaṭâyani grammatica (i, 3, 56) : yavana-yavâl lipi-duṣṭe, quod Yakṣavarman eodem quo Patañjali modo interpretatur[1]. Apud Jainos Græca scriptura semper inter varia litterarum genera numeratur [2]. Græcorum tamen mentionem multi apud Pâṇinem agnoscere noluerunt, propter falsam antiquitatis opinionem.

Max Müller asserit, « hic memorari scripturæ semiticæ speciem, ante Alexandrum et Pâṇinem in oriente vulgatam,

1) Laud. ap Burnell, *South. Ind. Palæog.* 6.

2) Cf. *upâṅga* iv : bambhi-javaṇâliyâ... = brâhmi, yavanâni ; Malayagiri interprete ; ap *Ind. St.* xvi, 400.

unde ortæ indicæ litteræ[1] ». Goldstücker censet[2] Yavanânîm esse Persarum scripturam, cuneiformem quidem, ante Darii regnum cognitam ». Omnia autem indicia arguunt, Pâṇinem eo ipso tempore floruisse quo Alexander Magnus Indiam ingressus est[3]. Haud dubium igitur quin Græca scriptura significetur. Græcis litteris statim ab Alexandro utuntur in nummis Indici reges : Æqualis Alexandri Sophytes[4] nomen suum nummis græce inscribit ; Indo-Græci reges Indicis Græcisque litteris simul utuntur; rudes Çaki Græcis litteris, sine sensu conjunctis, nummos suos ornant. Quin etiam; obsoleta litteræ *sampi* forma in nummis Çakorum impressa legitur (siquidem Aurelii Stein opinio accipienda sit[5]).

Quatenus Græcorum artes intra Indiam penetraverint, architectura plane demonstrat. Quæ in Kabulea valle et Pentapotamia deteguntur statuæ templaque errore quodam e Græcia in longinquas illas regiones venisse videntur; opera quæ Fergusson[6] delineavit, aut quæ in *Indian Antiquary*[7] edita sunt, aut quæ in Museo Indico Londiniensi exhibentur[8], imprimis autem quæ in Museo Lahorensi collecta jacent (inedita quidem illa photographicis imaginibus cognovi, quas mihi benevolentissimus Senart, ab India redux, impertivit) Græcæ artis indicia, aut melius argumenta sunt. Frustra Rajendralal Mitra invidis cum studiis conatus est ut demonstraret Indicam architecturam, nullo adhibito auxilio, sponte genitam propria vi floruisse[9]. Ejus senten-

1) *Hist. of Anc. Sansc. Lit.* 521 ; cf. *Ṛg-Veda*, IV, XXIV.
2) *Pâṇini*, p. 16.
3) Cf. Bhandarkar, in *Ind. Antiq.* 1872, I, 21 sqq. ; et quæ ego scripsi in *Journ. Asiat.*, avril-mai 1890.
4) De quo v. *Journ. As.* 1890 loc. laud.
5) Cf. *Ind. Ant.* XVII, 97.
6) *History of Indian and Eastern Archit.*
7) III, 158 sqq.
8) Sunt etiam quædam Jalalabad urbis monumenta in nostro Musæo : *Louvre*.
9) Cf. *Antiquities of Orissa*, Calcutta 1875; *Buddha Gaya*, Calcutta 1878.

tiam nemo est inter archæologos qui comprobaverit [1]. Cunningham etiam censet, tria Græcæ architecturæ genera in tribus Indiæ regionibus seorsum prævaluisse, Ionicum enim genus Taxilis, Corinthium apud Gandhâros, Doricum tandem apud Kâçmîros [2]. Hos etiam ultra fines Græca sculptura penetravit : Cava templa in Udayagiri monte, juxta Mahânadîm, in illo ipso Orisso ubi Græcos imperavisse comperimus, anaglypta præbent, in cavò Gaṇeçi, Indico ingenio aliena quæ Fergusson ad Græcum artificem haud dubitans refert [3] ; in Râṇi cavo muliebris imago exsculpta est, leone invecta, quam sequitur miles Romano cultu ornatus caligatusque [4]. Græcas artes Indo-Græci reges Indiæ intulerunt ; has autem India coluit usque ad Justiniani imperatoris tempora. Fergusson existimat, Græcos artifices Græcasque artes ab Augusto Cæsare ad Justinianum in India maxime valuisse ; Græco-Bactrianam aut Græco Buddhicam esse artem fere negat, operumque illorum genus Indo-Romanum, etiam Indo-Byzantinum nuncupat [5]. Senarto autem judice cujus pollet auctoritas, Græcarum artium studium ex Arsacidarum aula in Indiam venit, tempore quo Çaki reges imperio potiti sunt, et a Christi temporibus usque ad tertium sæculum viguit [6].

Pingendi artem apud Indos esse usitatissimam ipsa scripta testantur, in quibus frequens occurrit picturæ mentio ; manent etiam nunc pulcherrima Indorum pictorum opera, tectoriæ scilicet picturæ in Ajaṇṭæis templis. Quid autem ars

1) Cf. Cunningham, *Archæological Survey*, vol. I-XXV ; Burgess, *Western Archæol. S.* I-IV. — Weber in *Ind. Ant.* pass. ; Leitner *ib.* pass.

2) *Arch. Surv.* v. 185.

3) *Op. laud,*

4) *Ib.* p. 142.

5) *Op. laud.* p. 176, 184.

6) *Comptes rendus Acad. Inscript.* Séance du 21 février 1890. — Cf. Leitner, *Proceedings of Congress of Orient. London,* 1874, p. 433. *Ind. Ant.* II, 242., ib. sept. 1889.

illa didicerit a Græcis, docent remotissimæ gentes ultra Gangem et Himâlayum sitæ, quæ buddhicam fidem buddhicasque artes ab Indis acceperunt. Sinenses et Japonici artifices aliqua animalia ipsumque Buddhum singulari quodam modo effingunt, in quo spirat adhuc Græcus animus, vivit adhuc Græca forma [1].

Effigies nummis suis non prius Indi impresserunt, quam Græcos cognoverunt. Ante Alexandri Magni ætatem, signata pecunia utebantur, quæ florente Græcorum imperio nondum obsoleverat; ejus modi pecunia in regione Kangra una cum Antimachi, Philoxeni, ceterorumque regum nummis præsente sæculo eruta est [2]. Sophyti nummi meram Græcorum artem exhibent; Indo-Græca numismata inter pulcherrima numerantur. Çaki vero, India potiti eo ipso tempore quo Romanum nomen maxime splendebat, neglecto Attico genere, romanos aureos imitantur [3].

Græcos astrologos in honore magno apud Indos stetisse supra percepimus. Præter Yavanos auctores, memorantur apud Indos scriptores Yavaneçvara (Græcorum princeps) quidam Sphujidhvaja aut Âsph° nomine, quem Bhau Daji ut Speusippum, Kern autem Aphrodisium interpretatur [4]; nec non Pauliça, quem Weber censet esse eum Paulum, quem Arabici scriptores Al Yunâni, scilicet Græcum, nuncupant, Isagoges auctorem Paulum Alexandrinum; Weberi tamen sententiæ Kern adversatur [5]. Manitthum, quem Indi ut vetustissimum magistrum (atiprâcînâcârya) laudant, et apud quem Yavani docti (Yavanâcâryâs) laudantur, esse Manethum Kern atque Weber [6] consentiunt. Asura Maya tandem, quem

1) Cf. J. Darmesteter, *Revue critique*, 12 déc. 1887 : Anderson, *Pictorial arts of Japan*; *Descriptive Cat. of a Collect. of Chinese and Japanese paintings in the Brit. Mus.*
2) Edw. Thomas, in *Marsden's Numismata orientalia*, p. 55.
3) Percy Gardner, *Cat.* xvii sq.
4) Weber, *Ind. Lit.* 276.
5) Bṛhat-Saṃ. Introd.
6) *Ind. Lit.* 278.

Mahâ-Bhârata primum inter astrologos ætate ponit, an idem sit qui Ptolemæus astrologus apud Græcos, anceps [1]. Recentioris ætatis opus Jñânabhâskara narrat Asurum Mayum Romakapuri (in urbe Romanorum) esse natum. Râjendralâl Mitra objicit, formam nominis *Asura Maya* ab Indica grammatica abhorrere, voces eo uno modo componi : Mayâsura ; neque vir ille Indus omnino errat. Attamen, quum magica Mayi Asuri potestas amplissimam famam consecuta sit, Ptolemæi (Turamayi) scientia autem gloria maxime excellat, amborum nomina, repugnante etiam grammatica, commisceri potuerunt. Græcorum tandem opinio deprehenditur in Yavaneçvari loco, apud scholiastam ad Bṛhat-Saṃhitâm laudato, in quo cuique sua planetæ vis tribuitur secundum Græcorum deorum naturam, cum Indica fide nequaquam concinentem : Bhauma enim (♂, Mars) ad bellum, Budha (☿ Mercurius) ad mercaturam, Bṛhaspati (♃ Jupiter) ad ritus, Çukra (♀ Venus) ad amorem pertinere dicitur [2]. Quin etiam, Zodiaci signa, transcriptis modo nominibus, Græcam originem produnt : *kriya* vocatur κριός, tâvuri ταῦρος, jituma δίδυμος, leya λέων, etc [3]... Multa alia verba a Græcis astrologis Indi mutuati sunt : dṛkâṇa δεκανός, liptâ λεπτή, anaphâ ἀναφή, sunaphâ συναφή, jâmitra διάμετρος, etc [4]... Doctrinam enim propria verba sequuntur, quam Indi fere totam a Græcis acceperunt [5]. Jacobi demonstravit, Græco-Indicam astrologiam post annum 350 p. Chr. esse constitutam ; a quinto ad sextum sæculum, Whitney opinatur.

1) WEBER, *Ind. Lit.* 270 ; *Ind. St.* II, 242-3 ; Cf. sup. Turamaya, nomen Ptolemæi Lagidæ.

2) *Ind. St.* viii, 413 n.

3) Cf. Ad. HOLTZMANN, *Griech. Ursprung des Ind. Thierkreises*, Carlsruhe 1841.

4) Cetera leguntur apud Weberum, Indische Beiträge zur Geschichte der Aussprache des Griechischen, in Monatsberichten der Berl. Acad. 1871 p. 613, trad. ang. *Indian Antiquary* II, 143 sqq.

5) V. JACOBI, *De Astrologiæ indicæ Horâ appellatæ originibus*, Bonn 1872. — Whitney, *J. Americ. Or. Soc.* VI, 470 sqq.

Græcos imitati Indi videntur instituisse initium, quo ad communem suarum rerum historiam uterentur, ut annos inde ab hoc initio computarent. Versus enim memoriales, quibus freta Vicâraçreṇi a Merutuṅgo Jaino scripta, docent Candraguptum regem esse consecratum anno 312 ante Ch.; annus autem idem ille est, unde abeunt Seleucidarum tempora [1]. Edward Thomas existimat Seleucidarum æram in publico usu apud Indos septentrionales esse diu habitam, atque maximi momenti fuisse in historia rerum Indicarum. Platonis, Indo-Græci regis, nummo inscriptus est annus PMI (147), scilicet a Seleuco rege (166 a. Ch.).

Quid Indica medicina mutuum dederit aut sumpserit, hactenus non satis certum stat. Maximi enim auctores inter se dissident Stenzler et Wise. Hæc scripsit Stenzler [2]: « Si quis inveniat, opere penitus inspecto, Suçrutum a Græcis multa accepisse, id equidem non mirum sit, temporum ratione adhibita ». Wise autem, medicæ Indorum artis peritissimus, adversas partes suscipit, quod ipsi Græci Indorum scientiam prædicaverint, et quod Hippocrates Indica medicamenta (sesamum indicum, hyperantheram magnam etc..) præceperit [3].

Indorum mercatorum cum Græcis et Romanis mutuos usus planissime docent vocabula *dramma* et *dinàra* quorum alterum græcam drachmam, alterum romanum denarium refert. Exstant præterea aliæ quædam voces, Græcam speciem exhibentes, quas Weber a Græcis allatas esse censet. Has omnes maxima diligentia doctissimus ille collegit:

1) Jacobi, Kalpa Sùtra, *Intr.* p. 8 n.

2) *Janus* II, 453.

3) Remarks on the priority of the ancient systems of medicine, in Transactions of Cong. of or. London 1874, p. 255 sqq. HUNTER (*Orissa* I, 227) memorat medicamentum in Yogàmṛta-Sâro, sexto decimo p. Ch. sæculo scripto, describi, quod Yavanæ originis esse et a Yavano medico Muphar esse transcriptum traditur; operis autem ætas obstat quin Græcos hic suspiciamus; Muphar etiam Arabicum aliquid sonat.

Khalîna, i. e. χαλινός; suruṅgâ, i. e. σύριγξ; kaṅgu, i, e. κέγχρος; samitâ aut samidâ i. e. σεμίδαλις, simila, similago; kastîra i. e. κασσίτερος; kastûrî, i. e. κάστωρ; melâ i. e. μέλαν, atramentum; kalama i. e. κάλαμος (hanc vocem Weber omisit); karketana, kerketana, kekeru, ketaka, karka, karketila, karketana i. e. χαλκηδόνιον [Petersb. Wort. s. v.]; kramelaka, κάμηλος; lopâka, ἀλώπηξ. Frenorum quidem usum, Alexandri Magni temporibus, apud Indos ignorari Nearchus notat; ille enim est auctor « Indos capistris pro frenis uti [1], quæ a camis non multum differant; item labia clavis perforari ». Nomen igitur, simul atque rem, a Græcis Indi, puto, acceperunt. Quæ quoque ad fruges pertinent, verba græcæ originis esse libenter crediderim; magnos enim annonæ commeatus a Græcis in Indiam esse invectos supra comperimus. His accedit ut vox kaṅgu tanquam barbara (mleccha) laudetur apud scholiastam ad Nyâya-Sûtrum II, 56. — Kâstîram urbem Bâhîkorum memorant Pâṇini (VI, I, 155) atque Patañjali (IV, 2, 104); unde stannum forsitan nomen kastîra ducit. — Tria tandem moschi (kastûrî) genera laudat Râja-Nighaṇṭu [2], et vernacula : Nepalicum, Kâçmîrium et Kâmarûpicum.

Denique supersunt duo tantum verba, de quorum origine controversia vix oriatur, mela scilicet et kalama; quæ quum sint sensu inter se cognata, fidem Græcæ originis invicem augent. Inde sequitur ut atramenti calamique usum Græci tradiderint Indis, hoc vero scripturæ genus antea Indis ignotum fuerit. De kramelaka et lopâka, v. inf. quod ad originem fabularum spectat.

Romani commercii cum Indis testimonia diutissime obruta Indicæ terræ gremium interdum detegit. Anno 1789, in urbe Nellor eruti sunt aurei Hadriani et Faustinæ; anno 1800 vas plenum aureis, anno 1801 argentei denarii in provincia Coimbator; ibidem alia numismata anno 1806, anno 1817

1) ἀντὶ δε χαλινῶν φιμοῖς χρῆσθαι. ap. STRABON. XV, p. 716. Hoc argumentum Weberum fugit.

2) *Pet. Wort.* s. v.

argenteus Augusti nummus; anno 1842 DXXII denarii Augusti, Tiberii, Caligulæ, Claudiique simul obruti; annno 1841, juxta Sholapur aurei Severi, Antonini, Commodi et Getæ; Kadapæ, Trajani aureus; Maduræ Zenonis solidus; multa etiam nunc Romana numismata una cum Sinensibus et Arabicis in usu publico sunt, sæpissime quidem oboli Valentiniani, Theodosii, Eudociæ, in provincia Coromandel [1]. In India quoque septentrionali reperiuntur romani nummi, præsertim in ruderibus buddhicorum monumentorum, cum Çakorum nummis obruti.

In stûpo Ahin Posh, prope urbem Jalalabad, Simpson invenit decem aureos Kaniṣki, sex Kadphisis, unum Huṣki, unum Domitiani, Trajani unum, Sabinæ tandem unum. In stûpo Manikyalæo reperta sunt Kaniṣki numismata una cum denariis consularibus Augusto anterioribus [2]. Huviṣki nummo inscriptum legitur nomen PIOM juxta effigiem muliebrem galeatam et longo chitone indutam, jaculo et scuto instructam : Romæ nomen et effigiem agnoscit Percy Gardner [3].

Nummorum tandem in India repertorum auxiliis, Indo-Græci imperii historia, antea pene ignota, in lucem paulatim producitur. Longior jam extenditur regum series quorum nomina servantur, res autem evanuerunt. Deficientibus tamen fere omnibus documentis, indicia colliguntur unde aliquid historiæ exprimatur. Quæ sit inscriptarum litterarum natura formaque, quanta cum arte signati sint nummi, quantum ponderis usus consumpserit, quibus tandem in locis reperiantur, perpendunt docti ut ætatem spatiumque imperii definiant. In Kabulæa valle diutissime steterunt Græci; Pentapotamiæ quoque imperaverunt, ultra Pentapotamiæ fines interdum etiam egressi. Bactriani reges Græcis modo litteris utuntur, Indo-Græci vero Græcis simul et Indicis. Indo-Græcorum

1) *Ind. Ant.* II, 241.
2) PERCY GARDNER, *Cat.* LI.
3) *Ib.* 149 et LXII.

regum nomina Græce et Indice expressa hic transcribimus, temporum seriem, quantum conjici potest, secuti.

Ευκρατιδου	Evukrâtidasa
Ηλιοκλεους	Heliyakreyasa
Αντιαλκιδου	Aṃtialikidasa
Λυσιου	Lisikasa
Διομηδου	Diyamedasa
Αρχεβιου	Arkhebiyasa
Απολλοδοτου (I, II)	Apaladatasa
Στρατωνος	Stratasa
Μενανδρου	Menadrâsa
Επανδρου	Epadrâsa
Διονυσιου	Dianisiyasa
Ζωιλου	Jhoïlasa
Απολλοφανου	Apulaphanasa
Αρτεμιδωρου	Artemidorasa
Αντιμαχου	Aṃtimâkhasa
Φιλοξενου	Philasinasa (Philu°)
Νικιου	Nikiasa
Ιπποστρατου	Hipastratasa
Αμυντου	Amitasa
Ερμαιου	Heramayasa

II — DE LITTERIS

Græcorum non modo doctrinas artesque, sed etiam scriptorum opera apud Indos esse vulgata, doctorum novissimi, Weberum æmulati, contendunt. Priusquam sententiam nostram aperimus, argumentaque vel singula vel universa quibus freti adversamur explicamus, quantum profecerit diligentissima illorum indagatio exponere juvat. Dramaticum circa genus maxima cura illi versati sunt, utpote quod extra Græciam sponte sua nasci non potuerit. Indicia vero quibus opinionem suam confirmant parvi momenti sunt : inter propria enim dramaticæ artis vocabula numerantur Yavanî

et Yavanikâ. [illegible] Yavanî nominantur mulie[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] semper [illegible]. Yavanikâ autem [illegible] hoc [illegible] tantum, [illegible] Indorum cum Græcis commercium [illegible] tempore maxime floruit, cur [illegible] [illegible] sunt [illegible] [illegible] autem [illegible] [illegible], quas Græce [illegible] [illegible] [illegible] Ægypto importabant, [illegible] atque [illegible] [illegible] annexæ fuerint. Quod si fabulæ comparantur quibus [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible], similia vere quædam [illegible], quamvis possint generis opera unum apud Græcos, tum apud Indos scripta sub eadem lege parari. Dissimilia autem multo plura [1].

Iliadis aut Odysseæ nomen [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] mentio (poematis a Græco compositi) Yavana-[illegible] purâṇa apud Bâṇum [2]. Mendum autem scripturæ argumentumque simul [illegible] [illegible] Calcuttensis (p. 16) in qua legitur : pavamâna-proktaṃ purâṇaṃ papâṭha. ([illegible] [illegible] recitavit a Pavamâna dictum). Pavamâna vel Pavana, idem est qui Vâyu. Ventus, proximi Purâṇi [3] auctor. Error inde ortus est quod litteræ p et y in devanagarî scriptura simillimæ sunt [4]. Dionis Chrysostomi et Æliani Weber, post multos, attulit locos quibus traditur Indos Homericis carminibus familiariter uti, doloresque Priami, et Andromaches curas, et Hecubæ planctus, et Achillis et Hectoris virtutem illis in regionibus innotuisse. Forsitan paucis auditis de Dhṛtarâṣṭro, infelice Kuruum patre, de Gândhârî matre, Draupadî Pâṇḍavorum conjuge, et de Bhâratorum certamine, Megasthenes Græcusve quispiam alius exscripta Homerica poemata decla mari crediderat; Græco vero de fonte Mahâ-Bhâratum

1) De his amplius disserui in altero opere : *Le Théâtre Indien*, Paris, 1890.

2) Harṣacarita, laud. Hall in Vâsavadattâ, *Intr.* p. 12.

3) Vâyu-Purâṇa ed. Rajendral Mitra. *Bibl. Indica.*

4) Cf. Weber, *Die Griechischen Nachrichten von dem Indischen Homer... Ind. Stud.* II, 161 sqq. — On the Râmâyaṇa, *Ind. Ant.* I, 173 sqq.

cecidisse nemo est qui putet[1]. Ad Râmâyaṇum autem nihil ex iis, quæ Græci referunt, pertinet; mirum quidem, quum tam multa Homerus et Vâlmîki inter se communia habent : hic obsidetur Troja, illic Laṅkâ; hic Helena rapitur, illic Sîtâ; Sîtâ, ut Helena somniis recreatur; hostium copiæ atque duces hinc et illinc enumerantur; Agamemnoni Sugrîva est affinis, Patroclo Lakṣmaṇa, Nestori Jâmbavat. Quum multi Sîtâm competentes arcum intendunt proci, victique, Râmo victore, Mithilâm oppugnant, deis autem Janako faventibus dissipantur, Ulyssis rem agi credas. Ex his græcam carminis originem Weber arguit, Fauche autem haud majore injuria Indicam Odyssææ originem asseverabat[2]. Rectius tamen Holtzmann[3] qui, quum multa Græcis et Indicis carminibus communia esse animadvertisset, interpretabatur epicos quondam poetas in communi Græcorum Indorumque sede vixisse, iis artibus usos quas Homerus apud Græcos, Vyâsa et Vâlmîki apud Indos repeterint. Præterea, simillima etiam quæ sunt longe tamen discrepant. Prærepta conjux, Trojani belli causa, extra homerica poemata ut ita dicam relinquitur; in prærepta vero conjuge Râmâyaṇa maxime versatur.

Neglectis heroicis, Homericas Weber fabulas passim apud scriptores notat. Quæ quidem Mahâvaṃso de Vijayo rege narrat Ulyssis in insula Circes fortunas mira similitudine reddere videntur. Regis Siṃhabâhus filius exsul Vijaya Laṅkâm una cum septingentis sociis appellit; præsidem insulæ deum sub arbore jacentem, parivrâjaki cultu indutum invenit, a quo carmen accipit, ut maleficia evincat (Cf. Od. x, 277-287). Tunc obvia progreditur Yakkhiṇî (divina venefica), in canem sponte mutata. Invito Vijayo, unus ex sociis canem sequitur, quæ ad domi-

1) Cf. quæ Weber audacius quam felicius, mea saltem sententia, scripsit in Berl. Akad. d. Wiss. 1887 : Ahalyâ, Ἀχιλλεύς, und Verwandtes.

2) Le *Râmâyaṇa* traduit en français, Introd.

3) *Das Altindische Epos*, Durlach, 1881.

nam eum ducit, Kuveṇîm nomine, sub arbore sedentem, lanæ deditam (Od. x, 220). Haud procul patet stagnum ; ibi corpus abluit, bibit, lotos comedit ; Kuveṇî tum surgens : Meus es, ait. Carmen autem obstat, quin ipse comedatur : captum eum Kuveṇî in spelunca (suruṅgâ, σύριγξ v. sup.) includit. Unicuique sociorum idem accidit. Anxius tandem Vijaya, vestigiis hærens, ad stagnum pervenit, Kuveṇîm aspicit, suos deposcit. Illa potionem viro tradit ; hic autem arcum intendit, eam capillis arripit, gladium destringit (Od. x, 294, 321) mortemque minitatur. Perterrita jurat (Od. x, 299, 343) nunquam fore ut talia veneficia adhibeat ; socios reddit Vijayo ; adolescentula igitur facta uxor a Vijayo dicitur (Od. x, 347) insulæque regnum ei tradit. Postea, deserta uxore, filiam Pâṇḍavi regis secum matrimonio jungit.

Fabularum similitudinibus commotus Turnour tamen reluctabatur ne Homericam in Mahâvaṃso fabulam deprehenderet[1]. Nos autem Weberi opinionem hic amplectimur. Vijaya enim perhibetur Laṅkæ regnavisse 236 annos post Buddhi Nirvâṇum ; illis vero de temporibus insulæ nulla satis certa memoria supererat ; unde fit ut alienam fabulam mutuati remotissimum ad regem retulerint. Homerum certe Mahâvaṃsi scriptores nequaquam cognoverant ; fabula rursus apud Græcos vulgatissima inter milites aut nautas narrabatur ; inde auditam eam Indus quispiam indoctus domum reportavit ; neglectis nominibus Vijayo demum hæsit[2].

1) Introd. p. XLIV.

2) Ejusmodi tamen exstitisse fabulas apud Ichthyophagos, vicinam Indici littoris gentem, Nearchi testimonio comprobatur. Ille enim « audivisse se hac de insula (Nosala) sermonem ait : scilicet habitasse eam unam ex Nereidibus ; nomen ejus non dici ; hanc cum quocunque insulam appellente misceri, deinde in piscem conversum in mare projicere solitam. Qua de causa iratum Nereidi Solem jussisse, ut ex insula emigraret ; hanc convenisse quidem, ut ex insula emigret, rogasse autem ut malum... atque Solem suscepisse ; quoscunque autem pisces ex hominibus illa fecerat, misertum homines rursus ex piscibus fecisse. Ex iis Ichthyophagorum genus ». (ARRIAN. *Ind.* cap. 31.)

Janaka-jâtaka[1] fere idem narrat. Janaka, nave fracta, solus enatat, nymphæ auxilio; terram nactus somno consopitur; experrectus autem regio nomine appellatur, et victoriam certamine consecutus reginam uxorem ducit[2].

Trojanum equum fictilis elephanti, armatis pleni, qui in historiam Vatsi regis inducitur, exemplar fuisse non existimo; vetustissima enim erat fictilium elephantorum fabula[3].

Indiam vetustissimam fabularum matrem ac patriam communis fama jam diu tradidit; hæc tamen opinio nuper in controversiam incidit. Postquam Wagener de Græcis Indicisque fabulis scripserat, Weber materiam iterum tractavit[4], et summopere laboravit ut Græcam fabularum originem demonstraret : fabularum enim, ait ille, forma apud Græcos pulchrior et concinnior; similiora veri sunt, quæ finguntur; animalium tandem mores veritatem propius imitantur. Nomina denique vulpis et cameli, *lopâka* et *kramelaka* græca vocabula referre videntur. Vox vero lopâka proxima est verbo lopâça quo jam Ṛg-Vedo x, 28, 4, et Vâjas.-Saṃhitâ 24, 36 idem animal nuncupatur; unde vocabuli apud Indos antiquitas jure ostendatur[5]. Cameli autem nomen maxime mirum sit si Indi a Græcis mutuati sint, quum in provinciis ad Indum amnem adjacentibus cameli frequentissimi reperiantur, apud Græcos vero nulli sint. Benfey, quo nemo magis in fabulis versatus, redarguit Weberum[6] : gestata enim paulatim maturescunt inventa, ante quam optima forma a scriptoribus induuntur; quæ igitur elegantissime, novissime scripta sunt; præterea suum cujusque gentis ingenium variis laudibus præstat; nec quæ melius ficta judicamus, Indi com-

1) Laud. ap. Bigaṇdet, *Life of Gaudama* 2, p. 415.

2) Cf. Ulyssem a Leucothea servatum, *Od.* v.

3) Cf. quæ Ctesias narrat de bello Semiramidis adversus Indos.

4) *Ind. Stud.* III, 327 sqq.

5) Indo-Europæam verborum lopâça et ἀλώπηξ cognationem Curtius recusat, quod sanscritæ litteræ *o* apud Græcos ευ aut ου semper respondeat.

6) *Pañcat.* Introd. I, XXI; II, 324 sqq.

probant; quæ deterius, vituperant. Quam curamus morum verisimilitudinem, Indis eadem alienissima est, quippe qui credant animas in alia corpora atque alia describi, humanosque animos animalium specie tegi. Plurimæ sane fabulæ, in quibus animalia partes agunt, æsopicam originem produnt; nonnullas tamen India sponte genuit. Ceterum, tanta peritia utuntur Indi æsopicas fabulas retractantes ut plane liqueat id genus ante Æsopum in India floruisse. Antiquissima etiam vedica opera fabulis alludunt; fabulas vulgandæ religioni advocatas adhibent Buddhistæ; ea denique erat Indorum natura, ut, deficientibus etiam exemplis, fingendis fabulis addicti viderentur.

Non modo fabulas, sed etiam rumores a Græcis usque ad Indiam manavisse, sunt qui contendant. Flebilem Kunâli principis historiam Buddhistæ tradiderunt; juvenem Açoki regis filium noverca Tiṣyarakṣitâ incesta cupidine æstuans insectabatur; repulsæ vero ulciscendæ causa jussit, insciente rege, principis oculos effodi. Kunâla, cœcus, uxore duce, Takṣaçilâ Pâṭaliputrum redit, et miserabile aliquid sub ipso palatio canit; vehementer commotus rex juvenem arcessitum agnoscit, jubetque Tiṣyarakṣitâm vivam concremari. Historia miro modo refert quæ in Uttarakâṇḍo Râmâyaṇi narrantur : Kuça et Lava, incogniti, paternas Râmi ædes adeunt, editoque cantu suam conditionem inscii indicant; neque absimilis est Nali regis casus. Kern tamen existimat, personarum animos, sive bonos, sive malos, humanæ naturæ propiores esse, quam quos India effinxerit; præterea esse insolitum supplicium, ut oculi sontibus effodiantur. Byzantiam moris istius originem, imo etiam historiæ suggerit; ita Constantini et Faustæ Crispique casus apud Indos vulgatos mutatis nominibus in Açokâvadânum esse translatos [1] judicat, nec sine temeritate.

Eroticis quoque Græcorum fabulis, tanquam exemplis,

1) *Buddhismus*, II, 396.

Indos *âkhyâyikârum* scriptores esse usos Peterson asserit [1]; varios ex Subandhu et Bâṇo locos excerptos cum Achillis Tatii fabula comparat, unde intelligitur illos ingenii ac sermonis conformatione inter se haud tantum abfuisse. Quid vero mirum si Græcæ litteræ, longo quasi cursu exhaustæ, subtilius aliquid et quæsitius et acutius affectaverint. At Indici âkhyâyikârum scriptores communia Indicarum litterarum præcepta sequuntur et adhibent, adeo ut id operum genus ceteris artibus proximum, imo etiam simillimum esse videatur.

Indica de philosophia peritissimus judex Deussen sic statuit : « Quamvis, Weber, Lorinser, Seydel, von Schrœder, multique alii summopere laboraverint ut invecticias doctrinas deprehenderent, nihil tamen invenire est apud Indos philosophos, quod aliena commercia intulerint [2]. » Quam doctissimi viri sententiam libentissime nostram facimus [3].

Animi, quibus tum Indi, tum Græci suam religionem amplectebantur, nimium inter se dissentiebant, quam ut mutuos usus paterentur. Fergusson tamen quum in templis Indicis inveniantur græcæ artes, quæstionem temere proponit, an Indi a Græcis idololatriam didicerint [4]; nulla etenim adhuc in India reperta est humana deorum effigies Græcis artibus anterior. Skandi, Indici Martis, nomen cum Alexandro Weber confert, dubitanter [5]. Idem ille, postquam Kittel Draviḍam liṅgi originem refutavit [6], Græcorum phallicos ritus exemplo forsitan fuisse censet [7].

1) Introd. *Kâdambarî*, ed. ad fin. Report 1882-83, p. 125-129.

2) Vedântasûtras, *Vorrede* p. VII, not.

3) Inter recentiora opera cf. von SCHRŒDER, *Pythagoras und die Inder*, 1884; HOWORTH, *Pythagoras in India* 1888.

4) *Ind. Arch.* p. 183.

5) *Ind. Streif.* III, 478.

6) *Ueber den Ursprung des Liṅgacultus*, 1876.

7) *Ind. Streif.* III, 472.

Christianismum consulto omisimus, quippe qui extra justos nostri operis fines jaceat, quum ille græcæ originis non sit, et cujus historia in India universa complectenda sit.

Denique Græcorum memoria inclytis nominibus servata in historia diu vixisse videtur. Facere non possumus quin Alexandri famam Candragupti nomine quasi repercussam audiamus. Alexander enim indice *alika-candra* sonabat; in Açoki inscriptionibus *alika*-sadala (ed. xiii, Khâlsi) et *alika*-sudaro (Kapur di Giri) legitur; *candra* vocabulum autem alteri nominis parti respondere testatur historia, quam de Candrabhâgâ amne Græci tradiderunt [1]. Alîka-candra sanscritice « falsa Luna » est. Mauryæ igitur domus conditor, quum Prasiorum regno potitus græcum imperium recusaret, divinum numen sibi vere adesse professus, Candraguptum nomen sibi induit, id est Lunæ præsidio tectus. Candragupti pronepos, Açoki filius, Jaloka Seleuci nomen referre videtur [2]. Potentissima Câlukyorum vel Caulukyorum domus, quæ Dekkhano imperavit inde a sexto usque ad duodecimum sæculum p. Ch. Seleucorum nomen forsitan erat mutuata. Câlukyis a stirpe infesti Pallavi Pahlavos, id est Seleucorum hostes Parthos imitantur. Rex Vinayâditya, Câlukyæ domus, qui ineunte octavo p. Ch. sæculo regnavit, Pârâsikos agros (Persicos) et Kaverum, et Siṃhalum sui juris fecisse memoratur (in inscriptione Kîrtivarmanis); hujus autem imperium in India australi patuisse novimus, et cetera nomina demonstrant. Persidis igitur nomen eadem ratione huc translatum fuerat [3]. Orissæorum tandem Yavanorum victor Yayâti Kesarim domum condit, ut qui Cæsares imitetur atque æmuletur [4].

1) V. sup.
2) Weber, *Râmây*, 33.
3) Lewis Rice, *Ind. Antiq.* viii, 23 sqq.
4) V. sup.

IV — CONCLUSIO

Postquam documenta cuncta collegimus et perpendimus, disquisitionem nostram licet ut concludamus summamque rerum Græcarum ex ingenio scriptorum Indicorum describamus. Græcorum nomen Yavana Indi a Persis acceperunt; sive Alexandri Magni ætate, quum mutuus inter Græcos et Indos sermo conseri non posset (teste Curtio IX), tribus autem interpretibus ad colloquendum opus esset [1], sive prius, quo tempore Xerxes Indos ex ipsius amnis littoribus arcessitos milites in Græciam duxerat, sive tandem inter Indos doctissimi remotarum gentium nomen et situm e Persico fonte post Darii tempora hauserint. Alexander adhuc vivebat, aut novissime defunctus erat, quum Pâṇini primus, quantum novimus, scriptorum grammaticæ nomen Græcorum inserebat. Inde ab hoc initio usque ad sextum p. Ch. sæculum certa de Græcis testimonia India præstat. Alexandri imperio inter duces, nec sine certaminibus, dispertito, frequentissima cum Syris confinibus commercia Indi habuerunt. Græcorum regem Antiochum Theum, qui Syriæ imperabat, Açoka (circa 260 a. Ch.) appellat; neque tamen ignorat in ceteris Græci orbis partibus alios esse reges, qui Ptolemæi, Antigoni, Magæ (Cyrenensis), et Alexandri (Epirotæ) nomina memorat. Sed Bactria, paulo post, ab Antiocho deficit, et Diodotus præfectus regnum capessit (circa 248 a. Ch.); eodem fere anno Parthi, duce Arsace, libertatem suam armis vindicant; hinc jam interjectæ gentes obstant quin Indi cum Syris coeant; in Bactrianos tamen translatum Græcum nomen superest. Conditæ

1) Onesicrit. frag. 10 ed. Müller-Didot, 51[b].

ab Alexandro coloniæ Græcam linguam, Græcum cultum, Græcos mores retinent, Græciæque imaginem in ipsis Indiæ finibus exhibent. Igitur, inde a medio tertio a. Ch. sæculo Indici scriptores Græcos ad Occidentem collocant, a Pahlavis (Parthis), Bâhlîkis (Bactriis), Çakis (Scythis), Cînis (Sinensibus), Daradis (Dardis), Kâçmîris (Cachmiris), Trigartis, Madrakis (extremis ad Orientem Pentapotamiæ populis), Çibibus, Sindhuibus, Çûdris et Pâradis præter Indum amnem jacentibus ab omni parte circumdatos. Hos enim intra fines Græcorum potestas LXXXII annos floruit postquam Demetrius Euthydemi filius, Bactria primus egressus, Indiæ bellum intulit, ineunte secundo a. Ch. sæculo; Pentapotamiam olim Alexandro subditam Græci juris denuo fecit; terras etiam Græcis inexploratas ingressus, intimas Indiæ partes, sacram Gangis vallem et Magadhici imperii arcem Pâṭaliputrum (Palibotram, Patna) in suam ditionem redegit (siquidem mea interpretatio recta sit); magnam viribus et victoriis famam consecutus, Dattâmitri nomen Indorum memoriæ commendavit; cognominem etiam urbem, haud procul ab Indo amne apud Sauvîros condidit Dâttâmitrîm, Græcis colonis habitandam, et haud procul a Takṣaçilâ (Taxilis) Çâkalum urbem patrio cognomine præditam (Sagala Euthydemia). Discordiis autem concitatis, victores bellis civilibus attriti Gangeticam vallem amiserunt; disperso et dissipato imperio, multi simul regnum affectaverunt, Apollodotus (Bhagadatta) demum ceteros armis superavit, Græcas Indiæ provincias iterum conjunxit atque auxit. Post illum enituit Menander (Milinda), qui sedem imperii Çâkali (Sagalæ Euthydemiæ) posuit, et ad Buddhicam fidem conversus immortale decus sibi comparavit. Multos postea regnavisse nummi docent, quorum nullus tamen scriptis est nobilitatus. Bactriano tandem regno everso, Çaki (Scythæ) Græcas Indiæ provincias invaserunt, possidendi cupidiores quam delendi imperii. Itaque societatem cum Græcis inierunt, regni consortium sanxerunt; græcos mores, græcas consuetudines, græcas etiam

artes imitati, victores victis commixti Græco-Scytham, ut ita dicam, gentem effecerunt. Græcorum tamen vires paulatim consenuerant, et nihil nisi memoria nominis denique stetit. Græci jam diu evanuerant, quum Çâtavâhana (aut Çâlivâhana) Græco-Scythi imperii reliquias abolevit, exeunte secundo p. Ch. sæculo.

Græci non tantum hos intra fines consederant; LV circiter annis post Alexandrum Magnum, tam multi Græci domicilium sibi constituerant in littoribus maris, inde ab Indi ostiis usque ad Narmadâm (Nerbudda), ut Açoko regnante provinciæ præfectus Yavanorum Rex appellaretur; Jûnagadh in Khattiawar vestigia nominis adhuc præstat.

Inde progressi novas ultra Narmadâm colonias Græci condiderunt, quæ tantas in opes creverunt, ut græcæ domus his in regionibus summa rerum potirentur. Urbs Mṛttikâvatî ad Narmadâm Græcis regibus imperii sedem præbuit; Kilakilæ, haud procul a Junnar, Græcorum regnum CVI annos stetit; in pulcherrimis provinciæ templis Græcorum adhuc monumenta leguntur.

Crebros a tertio a. Ch. sæculo impetus in Orissum fecisse Græci dicuntur; quarto vero p. Ch. sæculo Græcus quidam audax copias navibus, brâhmaṇicæ legis contemptor, transportat, Orissum sine prælio occupat, et græcum regnum instituit, CLV annos duraturum.

Græci tandem, si fides incertis auctoribus adhibetur, septimo et octavo sæculo in Andhrorum regione, circa Godâvarîm, in Coromandelo et Malabaro regnaverunt.

Græcos etiam extra fines Indiæ manere non ignorabant; Græci terrarum orbis caput Alasandi (Alexandriæ Ægypti) ponebatur unde regionis nomen Alexandria terra (Alasando dîpo); alteram quoque Alexandriam, mediis in terris, ad occidentem sitam noverant.

Græci mercatores, quorum domicilium sive peregre sive in India ipsa erat Græcas merces navibus invehebant, Indicas evehebant; in annona, metallis, frugibus, imo etiam in

formosis puellis emendis Græcorum negotia maxime versabantur.

Græcum sermonem Indi sæpissime audierant, quum in negotiis, tum in disciplinis; unde nova nonnulla verba quum mercatores, tum docti mutuati erant.

Græci pluribus quam Indi disciplinis eminent; nulla est etiam scientia quæ fugit eos; maximis igitur honoribus ornandi sunt.

Græci peculiaribus quibusdam moribus utuntur, quibus a ceteris Indiæ gentibus discernuntur; accubare solent ad epulas, tonsamque comam gestant.

Ob eximiam militiæ virtutem Græci a Kṣatriyis (regiis militibus) descendere censentur, in ordinem vero Çûdrorum humilem dejecti propter negligentiam sacrorum, summum tamen inter Çûdros, ut doctissimos fortissimosque decet, locum obtinent.

Hæc quidem Brâhmaṇorum sententia; institutorum enim suorum diligentissimi custodes, peregrinos omnes aspernantur et rejiciunt; Buddhistæ contra ut qui communem omnibus hominibus religionem et vitæ disciplinam profiterentur, externos in suam fidem benigne excipiebant, quin etiam prædicationibus accibant. Inde a tertio a. Ch. sæculo, Açoka rex optimæ religionis nuntios ad Græcos misit, qui certe mandatum negotium bene gesserunt; ab apostolis enim Indicis conversi ipsi postea apostolos, et sacerdotes, et magistros in Indiam Græci miserunt. Alexandriæ buddhica fides florebat, quum inde profectus sacerdos egregius Taprobanam venit. Buddhicæ Græcorum pietatis monumenta in cavis Indiæ templis adhuc restant. Græcus rex Menander etiam in numero sanctorum a Buddhistis est positus.

Multas Græcorum artes Indi sunt imitati; [Indorum φιλοτεχνίαν imitandi studium Nearchus ipse notaverat; fr. 7; Müller 60a]. Si non scripturam, commode scribendi artem et materiam a Græcis didicerunt; Græcos artifices in exstruendis ædibus, in statuis ac picturis effingendis, in nummis

insculpendis adhibuerunt atque imitati sunt; astrologiam fere totam a Græcis quoque acceperunt.

Attamen, quanquam Indis Græci frequentissime sunt usi, Græca opera Indicis scriptoribus exemplo fuisse plane nego. Argumenta, quæ doctissimi assidua indagatione eruerunt, cuncta collegimus; nihil est in iis, quod fidem faciat. Romani Græcos, nostri Latinos præcipuæ imitati sunt; hoc nemo est qui neget aut aliter sentiat; etiam si Græca et Latina opera casu quodam amisissemus, horum græcam, illorum latinam originem perciperemus; impressa manent universis litteris, antiqua vestigia; operum, ut ita dicam, corpus et ingenium imitationem arguunt. Multo secus apud Indos res se habet; hic enim idem ingenium, inde a primis temporibus alitur; idem animus omnibus scriptoribus quasi communis est; communes leges, communia præcepta universi sequuntur; operum argumentum, forma, genus Indiam arguunt. Græcam astrologiam imitantes Græcam originem Indi ostendunt, quum scientia tamen patria careat patriamque speciem præ se non ferat. Quid vero? Scripta, quibus proprium gentis ingenium aperitur, imitati peregrinam speciem statim abolevissent! Quædam Indicis et Græcis operibus esse communia certum est, et ipsa rerum natura jubet; varii enim hominum et gentium animi, nec tamen inter se admodum contrarii; plura tamen dissimilia esse judex quivis censeat.

Exploratum igitur et perspicuum nunc est, unam gentem (ut Kerni laudata verba repetam) ab Indis Yavanam nomine dictam, nempe Græcos. Litterarum Indicarum historiæ haud levis momenti res est; inde sequitur enim, ut omnia, in quibus nomen memoratur, opera post primam Græcorum notitiam scripta fuerint, aut saltem operum partes, si paulatim universum opus coaluerit.

Majus etiam aliquid noster labor effecit. Publica opinio est, Indos nequaquam curavisse ut veram rerum naturam describerent, et memoriam retinerent, Indorum tandem historiam nullam esse. Nos autem experti quam multa de Græcis

documenta, quam recta, quam vera, quam certa denique scripta Indi reliquerint, hoc judicium recusamus. Quin etiam speramus breviter fore ut Indorum historia, incerta diu et sæpissime deficiens, ex ipsis Indorum documentis collectis, digestis ac pertractatis, plena et absoluta surgat.

VIDI AC PERLEGI
Lutetiæ Parisiorum, in Sorbona,
a. d. XVI *kal. mai. ann.* MDCCCLXXXX
Facultatis Litterarum in Academia Parisiensi Decanus

A. HIMLY.


TYPIS MANDETUR
Academiæ Parisiensis rector

GRÉARD.

CHALON-SUR-SAONE, IMP. FRANÇAISE ET ORIENTALE DE L. MARCEAU



CHALON-SUR-SAÔNE
IMPRIMERIE FRANÇAISE ET ORIENTALE DE L. MARCEAU.


STANFORD UNIVERSITY
LIBRARY
Stanford, California
PRINTED IN U.S.A.

